



D. 6. 10

Hist.

2. B. 5.

G. G.
V. 3. 237.
+

1. /
2. /
3. /
4. /
5. /
6. /
7. /
8. /
9. /
10. /
11. /
12. /
13. /
14. /
15. /
16. /
17. /
18. /
19. /
20. /
21. /
22. /
23. /
24. /
25. /



Hor in Volumine continentur:

1. Attila Hunnorum Rex Auct. Hoff 1679.
2. Salpinx de laudibus veterum Germanorum Wiltelbyge 1709.
3. Destructio Imperii Romani occidentalis
4. Heberlin de Disputis ex electione Lotharii Saxoniae Imp: Germaniam turbantibus.
5. De non Diplomatum Conrad. I. Germaniae Regis
6. Natura positionum historicarum Ludovici I. res complectarum.
7. De non et praestantia Actorum pacis Westphalicae.
8. Heberlin. Familia augusta Wilhelmi conquestoris Regis Angliae.
9. Illustres ex Britannica historia controversiae Fr. Schaefflin. Argentorati
10. Laeta amissa majestatis Mariae Stuartae Fratrum Reginae
11. De sacris Galliae Regum in Orientem expeditionibus Fr. Schaefflin.
12. Speculum boni Principis in Henrico III. Franciae et Navarrae Regis.
13. De factu Regis Franciae, quo Aramis laborantes restituantur. Diss: prior
14. Eisdem Materie Disputatio posterior
15. Auditha augustae Franciae eloquium historicum
16. Arcamboldus legatus pontificius evangelicae in facie reformationis Oratio.
17. Theodoricus Ostrogothus Italiae Rex
18. Infelicis pauperis Johanne VIII Pontifice.
19. Origo vera traditionis falsae de Joana Papissa. Heumann
20. Num Pontifex Romanus episcopis dimit. nonum palli concesserit?
21. De mole Adriani Lotii Fugels-Gung.
22. Koehler de fide et auctoritate Monachi Weingartensis in Genere Welfici Veritate et Dignitate.
23. De Transiitio-Luneburgica aliquot Principibus cal.
24. De Burgaviata Norimbergensi Disputatio historica
25. Origo domus Saxonicae e primoribus Veteris Germaniae

26. De origine Ordinis aurei Velleris
27. De auspicio Regis Stephani I. Hungarorum Apostoli.
28. De Equitibus et equestribus ordinibus
29. De Ordine Elephantino.
30. De Subscriptione atq; signatura XII Articulorum preliminarium de a. 17
31. De iis, que Iustiniano Imp: in proemio Institutionum imperite supposita
32. De iure Iustiniano a Lothario Imp: in Germaniam minime intro-
33. De compensatione Ducibus Brunsvici et Luncburgi facta.
34. De iteratis Imperatorum coronationibus Germanicis.
35. De prima Abbatijs Suedlinburgensi.
36. De Mathilde Abbatijs Suedlinburgensi aliquando Vicaria suspensa.
37. Bellum praliuq; de Falinis Castris inter et Hermunduros
38. Prudentie Politicæ a. L. Junio Bruto Consule edita Specimina
39. Historia Comitatus Teisterbant de Kleid.
40. Actura ad Historiam Locnobii Mulcabeciensis pertinentes
41. Memorabilia quedam angustana
42. De Theodorico Burgico ep̄oq; Senere et Patria
43. De Croatia
44. Commentaria Politica rerum Halensium s. R. A. libere nobis.
45. Historia antiqua lib: et imper: civil: Norimbergæ
46. Origines Silesiorum nobis Lignicie

d

SCHEDIASMA HISTORICVM
DE
DISSIDIIS EX ELECTIONE
LOTHARII SAXONIS IMP.
GERMANIAM TVRBANTIBVS
ET NATA INDE A. C. MCXXXIII
V L M A E

PER HENRICVM MAGNANIMVM
BAVARIAE DVCEM
EVERSIONE

VETERVM SCRIPTORVM ET CHARTARVM
AVTORITATE INNIXVM

A V T O R E

FRANCISCO DOMINICO HAEBERLIN
VLMANO

A. M. ET AMPLISSIMAE FACVLTATIS
PHILOSOPHICAE IN REGIA GEORGIA
AVGVSTA ASSESSORE.

G O T T I N G A E
APVD IO. CHRIST. LVD. SCHVLZIVM ACAD. TYPOGR.
A. C. c l o l o c c x x x x v .

2245

SCHEDESSA HISTORICAM
DE
CLASSIS EX FLECTIONE
LOTHARII SAXONIS IMP.
GERMANIAM TERRANTIVVS
ET NATA INDE A. C. MDCXXXIII
V L M A B
PER HENRICVM MAGNANIMVM
BAYARIAE DUCEM
EYERSONE
VETERVM SCRIPTORVM ET CHARACTERVM
ALPHABETE INVTVM
A V T O R E
FRANCISCO DOMINICO HABERLIN
VLMENSI
A. M. ET AMPHIBOTANAE FACULTATIS
PHILOSOPHO IN REGIA GEORGII
AVGVSTI ACADEMIA

GOTTINGAE
APUD IO. CHRIST. LUD. SCHULZIIUM VBI PRINCEPS
A. C. MDCCLXXXV



ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTIS-
SIMO DOMINO

D O M I N O

CHRISTOPHORO PETRO

LIBERO BARONI

DE FORSTNER

IN DAMBENOV

SERENISSIMI DVCS WVRTEM-
BERGICI

CONSILII SANCTIORIS PRAESIDI
COLLEGII ILLVSTRIS

QVOD TVBINGAE FLORET EPORO
PRAEFECTVRAE TVBINGENSIS SATRAPAE
ORDINIS S. HVBERTI WVRTEMBER-
GENSIS EQVITI

ET REL
DOMINO SVO BENIGNISSIMO
MAECENATI INDVLGENTISSIMO
BENEFICTORI MVNIFICENTISSIMO
SALVTEM ET FELICITATEM



G.D. Heuman. Grav. Sc. La Cour de S.M. Brit. et d'Angleterre.

ILLVSTRISIME AC EXCELLEN-
TISSIME DOMINE
MAECENAS INDVLGENTISSIME.

Haut procul arcessendae sunt rationes, cur TVO
potissimum ILLVSTRISIMO AC EX-
CELLENTISSIMO NOMINI hunc tenuem
A 2 in-

ingenioli mei fetum inscribere audeam. Tertius iam
 labitur annus, ex quo felicitas mihi obtigit, in TVI
 notitiam perueniendi, operam interponente *Ampliff. Dn.*
 Io. GE. KEYSLERO, multo ac magno eruditorum
 luctu ante duos, & quod excurrit, annos cheu! de-
 functo. Hominem tunc temporis quaerebas, ILLVS-
 TRISSIME AC EXCELLENTISSIME
 DOMINE, quem regendis vnici TVI Filii, in hac
 Academia multa cum laude literis tum incumbentis,
 studiis & moribus praeficeres. Inter varios TIBI ob-
 latus me deligere, TIBI placuit. TVAE itaque
 benignitati acceptam fero lautam hanc & amplam spar-
 tam, qua per biennium & quod excurrit fructus sum,
 ad illud nimirum temporis momentum vsque, quo
 GENEROSISSIMVS TVVS FILIVS, absoluto
 multo cum fructu & cunctorum summa cum gratia in
 hac Musarum fede quinquennio, eam ante aliquot sep-
 timanas reliquit, seque Francofurtum contulit, quo
 solemnibus in noui Imperatoris electione & coronatio-
 ne peragendis in Comitatu ILLVSTRISSIMAE AC EX-
 CELLENTISSIMAE LEGATIONIS BRVNSVICO-
 LVNEBURGENSIS interesse queat.

Prolixum foret, enumerare cuncta beneficiorum,
 summaeque benignitatis genera, quibus me indignum
 per hoc tempus, quo ephoriam GENEROSISSIMI
 TVI FILII gessi, largissime es profecutus, veren-
 dumque mihi est, ne expositione tot TVORVM
 in me meritorum illustrem TVAM modestiam, ani-
 mumque ab omnibus encomiis quam maxime abhor-
 rentem offendam.

Ne

Ne autem ingrati hominis notam incurram, publicum hocce deivinctissimi mei animi monumentum statuere liceat. Patere itaque VIR ILLVSTRIS-
SIME AC EXCELLENTISSIME, vt
hac quali quali Dedicatione publice TIBI demis-
sissimas gratias agam habeamque pro tot & tantis libe-
ralissime in me collatis beneficiis, eorumque nunquam
penes me intermorituram memoriam, atque animum
gratissimum publice hic TIBI spondeam, iuremque.

Nec sola, eaque debita gratiarum actione defun-
gar, DEVM insuper ardentissimis precibus pro TE,
atque GENEROSISSIMA TVA SOBOLÉ imploro.
Sospitem TE, Regibus ac Principibus charum & op-
tatum, praestet NVMEN SVPREMVM per
plurima adhuc lustra, vires longo iam senio, multis-
que ac variis pro salute publica curis, attritas corrobo-
ret, placidamque senectam. TE agere sinat. Seruet
cum primis etiam D. T. O. M. FILIVM TVVM
GENEROSISSIMVM, vnicum gloriosae TVAE se-
nectutis praesidium, in TVI gaudium aequae ac so-
latium, corpore menteque sanum, atque illum mox eos
honorum apices conscendere faciat, quos strenua in
litteris nauata diligentia, morumque venustate & inte-
gritate dignissimus est promeritus. Et sane non spe-
ro, sed plane confido, vt TANTO GENITORE
Dignissimus Filius gloriam ac splendorem auitae Gen-
tis, tot Heroibus rogatis aequae ac sagatis effulgentis,
non modo conseruare, sed etiam ad maius adhuc fa-
stigium euehere, omnem moturus sit lapidem.

Quod

Quod reliquum est, perpetuae TVAE benigni-
tati, ac patrocinio deuotissime me commendo, ad
vltimum vsque vitae halitum summa cum animi ob-
seruantia futurus,

ILLVSTRISSIME AC EXCELLEN-
TISSIME DOMINE
MAECENAS INDVLGENTISSIME
TANTI TVI NOMINIS

*Cultor ac Cliens obser-
uatifissimus*

FRANC. DOMINIC. HARBERLIN

A. M.



PRAEFAMEN.

*C*um ante hos tres fere annos in hac Academia Dissertationem de vita, itineribus & Scriptis Fr. Felicis Fabri publici iuris facerem, inter varias theses miscellaneas, quas ex Historia patriae meae subnectebam, & hanc adieci, Ulmam neque a Lothario Saxe Imp., neque anno 1129., sed demum anno 1134. ab Henrico Magnanimo, Bavariae Duce, fuisse destructam. Animus tum erat, hoc thema in peculiari Schediasmate aut Dissertatione latius diducendi & veritatem asserti mei comprobandi, praesertim cum varii meorum conterraneorum & ore & literis me certiore redderent, sibi receptam in patria nostra traditionem de Ulma a. 1129. per Lotharium Saxonem Imp. diruta, firmiter adhuc haerere, & prorsus impossibile videri, dictis meis fidem conciliare.

Verum enim vero aliis negotiis occupatus, & cum primis contexendae Genealogiae Augustae Anglicae, cuius Specimen ante Semestre edidi, irretitus, plane obliuioni dederam
VI.

*Ulamam meam ab Henrico Magnanimo, mea quidem, at
vera ex sententia, euersam, donec forte fortuna factum
est, ut Annalistam Saxonem Eccardianum animi rescifi-
endi causa perlegens, atque Lotharii Saxonis Imp. gesta
inibi praeclare descripta accuratius perpendens, hoc seposi-
tum fere argumentum iterum in memoriam revocauerim.*

*Cum itaque Disputatio publice a me esset ventilanda
PRO LOCO, ab Amplissima Facultate Philosophica
benigne concessa, legitime obtinenda, hoc prae aliis selegi
thema. Ne autem speciale nimis pertractandum esset ar-
gumentum, omnem turbarum, quae Germaniam nostram
aeque ac Italiam ex electione Lotharii afflixerunt, histori-
am exponere, mecum constitui, cum hanc historiae nostri
Imperii partem cernebam, variis adhuc difficultatibus labo-
rare, quibus forsitan hac qualicumque Descriptione lux affundi
potest.*

*Scriptores coaeuos, suppres, quin imo & recentio-
res paululum, horum temporum gesta describentes, domesti-
cos pariter, ac externos debita perlustravi sedulitate, & cum
Saxones Lothario, eos autem, qui sub Imperatoribus Sue-
vicis floruerunt, ut & nonnullos Italos Conrado iusto ae-
quius fauere deprehenderem; mediam inire viam, tutissi-
mum ratus, animum ab omni partium studio longissime re-
motum in toto meo opusculo prae me ferre, supra annis
solicitudine. Diligentius hinc in causas horum dissidio-
rum Germaniam turbantium inquisui, sectatores Conradi
quantum pote, inuestigare & probabili nonnunquam conie-
ctura, ubi scilicet Scriptorum testimonia me destituerunt, e-
tue.*

ruere studui, cuncta autem iustis suis annis vindicavi & propterea hanc raro veterum Scriptorum loca sibi aperte contradicentia aut concilians, aut reiecta & refutata unius sententia, alterius amplexus sum opinionem.

Caeterum negare non possum, varia adhuc in hacce Dissertatione occurrere, in quibus mihi met ipsi non ex omni parte satisfeci, quorum disquisitio vero prolixius temporis spatium, quam quo in praesentia fruor, atque audaciores paululum coniecturas, a quibus tamen maximopere abhorreo, requirunt. His vale, Beneuole Lector, & conatibus nostris faue.

Dabam in alma GEORGIA AVGVSTA, in
Vigilia Natiuitatis B. M. V. A. S. R. c. l. s. l. cc. xxxv. d.



TRA-



TRACTATIO ARGVMENTI.

§. I.

Breuis Status Germaniae his temporibus adumbratio.



Diffidia ex electione *Lotharii* orta expositurus; breuem Status Germaniae, qualis tempore mortis *Henrici V.* fuit, adumbrationem praemittere, necessarium reputo. Grauius inter Imperium & Sacerdotium per quinquaginta & plures annos agitatae contentiones tandem per Concordatum inter *Henricum V.* & *Calixtum II.* A. 1122. in Comitibus *Wormatiensibus* consensu Statuum initum, fuerant sopitae (a). Verum per diutinas has lites & frequentiores Papales excommunicationes, haut parum labefactata erat Maiestas Impe-

(a) Extat haec Conuentio in *Baronii Annal. Eccles.*, T. XII. ad h. a. n. 6. & 7. p. 138. edit. Colon. a. 1624. conf. *Annales Hildesheim.*

ad h. a., in *Leibnitii Scriptor. Brunsvic.*, T. I. p. 714. & *Otto Frising. Chron.*, L. VII. c. 16., ap. *Vissium, Script. Germ.* T. I. p. 148.

A

2 DE DISSIDIIS EX ELECTIONE

Imperatoria, altasque e contra radices egerat Procerum Imperii nostri autoritas. Quamvis enim *Henricus V.* primis Regni sui annis, ea gaudebat autoritate, *vt nullus (Principum) rebellare auderet, vel rebellans cum maximo damno sui, vel etiam vitae detrimento in gratiam eius rediret*, teflante OTTONE FRISINGENSI (b); tamen per sublata P. R. anathemata, atque infelix, quod *Henricus* cum Saxonibus gesserat bellum, eius autoritas adeo attenuabatur, vt CONRADVS VRSPERGENSIS de eius abitu in Italiam agens, dilerte scribat (c): *Scindebatur inter haec & huiusmodi regnum Teutonicum, quod iam decennio, vel paulo plus concorditer quieuerat. Et quia Rex abierat, vnusquisque non quod rectum, sed quod sibi placitum videbatur, hoc faciebat.* Sedabantur equidem paululum haec intestina diffidia, variique agebantur conuentus, in quibus de dirimendis hisce litibus tractabatur, quo referenda sunt celebrata illa Comitia Herbipolitana A. 1121. habita (d), in quibus magna Statuum Imperii nostri autoritas elucebat; verum haut plane compesci poterant exasperati Principum in *Henricum*, eiusque Domum animi, ac vitam inquietam ad mortem vsque ducere *Henricus* cogebatur. Insuper sibi cum primis reddiderat Principes Ecclesiasticos, interque eos praecipue *Albertum* Moguntinum, *Fridericum* Coloniensem, & *Conradum* Iauaiensem Archiepiscopos (e), quorum primum etiam per tempus captiuum duxerat (f). Inter praecipuos Germaniae Procere seculares tunc temporis eminebant nepotes *Henrici* ex sorore, *Fridericus* scilicet, qui Patri A. 1105. defuncto in Sueviae Ducatu successerat

- (b) *Chron. L. VII. c. 15, l. c. p. 147.* (e) Vid. *Otto Frising, Chron. L. VII. c. 15, l. c. p. 147.*
 (c) *Ad a. 1116. p. m. 109. edit. Argentor. de a. 1609. fol.* (f) Vid. *Alberti Chronicon ad a. 1115.*, in *Leibnitii access. histor. T. II. p. 227.* & *Alberti Stadenfis Chronicon ad a. 1126. p. m. 150. a. edit. Helmstad. a. 1587. 4.*
 (d) Vid. *Conrad. Vrspergensis ad h. a. l. c. p. 202.*

ferat (g); & *Conradus*, cui A. 1106. Franconiae Ducatum tribuerat (h). Hi semper *Henrico* fideles erant, & eo etiam absente, expeditione nimirum Italica occupato, vicariam Imperii administrationem gesserant (i). Bavariae Ducatum tenebat *Henricus Niger* ex *Welfonibus* ortus, inde ab A. 1120. post fratris natu maioris *Guelfonis V* obitum improlem (k). Saxoniae praecerat *Lotharius* noster, filius *Gevehardi*, Comitis Saxoniae, per foeminas ab Imperatoribus Saxonice genus derivans (l), qui mortuo a. 1106. absque prole mascula *Magno*, Saxoniae Duce, hunc Ducatum ab *Henrico V*. obtinuerat (m), postea tamen in eundem rebellis (n). Marchiam Orientalem, siue hodiernam Austriam regebat *Leopoldus*, postea in Duorum censum relatus. Denique inferioris Lotharingiae Dux erat *Godefridus Barbatus*, ab *Henrico V*. A. 1106. ad hanc dignitatem euectus (o). His itaque Principibus Germanicae provinciae suberant, cum *Henricus V*. d. 23. Maii A. C. 1125. oculos clauderet (p), qui morti vicinus de Statu regni

(g) Vid. *Otto Erising. de gestis Frieder. I.*, L. I. c. 10., in *Muratorii Scriptor. Ital.*, T. VI. col. 649.

(h) Vid. *Conr. Ursperg. ad a. 1116. p. m. 197.*

(i) Vid. *Otto Erising. Chron. L. VII. c. 15. p. 147.*

(k) Vid. *Monach. Weingart. in Historia de Guelfis, c. 9.*, ap. *Leibnit. l. c. T. I. p. 785.* & *Chron. Bigaug. ad a. 1120.*, in *Hoffmanni Scriptor. Lusat. T. IV. p. 124. a.*

(l) Vid. *Venerandi nostri Dn. Praeceptoris, Koeleri, Stemmatographia Aug. Saxon. Tab. II.*

(m) Vid. *Annal. Hiltesh. ad a. 1106. p. 737.*, *Annal. Saxo. ad h. a.*, in *Eccardi Corp. Histor. medii aevi, T. I. col. 618.* & *Helmoldi Chron.*

Slavor. L. I. c. 35., in *Leibnitii Scriptor. Brunsvic.*, T. II. p. 568.

(n) *Conf. Annalista Saxo Eccardinus ad a. 1112.*, l. c. col. 629. & ad a. 1115. col. 631. sq. ut & *Helmoldus*, l. c. L. I. c. 40. p. 373.

(o) Vid. *Sigeb. Gemblac. Annales ad a. 1106.* in *Ant. Miraci rerum toto orbe gestarum Chronica (Antwerp. 1608. 4.) p. 175.* & *Albericus ad h. a.*, l. c. p. 205. Caeterum statum Germaniae his temporibus elegantissime quoque descripsit *ill. Schmaussius*, in *seiner Reichs Historie, Per. V. §. 43. p. m. 164.*

(p) Vid. *Chron. Halberstad. ad a. 1125.*, ap. *Leibnit. l. c. T. II. p. 134.* & *Conrad. Ursperg. ad a. 1124. p. m. 207.*, coll. p. 209.

gni consilium dabat, atque Imperii insignia Imperatrici *Mabildi* asseruanda committebat, quam vero *Albertus*, Moguntiae Archiepiscopus, variis promissis post mortem *Henrici V.* eo adegit, vt illa sibi redderet (q).

§. II.

Vera electionis Lotharii Saxonis Imp. epocha.

In definiendo electionis *Lotharii* nostri anno Scriptores coaeui & suppres non conueniunt. Sic eum *A. C. 1120.* electam fuisse, asserit *EPKO DE REPKAV* (r). *Annum 1124.* indicat *ALBERICVS, Monachus Cassinensis & Praepositus S. Mariae de Albaneta* (s). *Plures A. 1126.* ponunt, quo referendi sunt *HELMOLDVS* (t), *ROBERTVS DE MONTE* (u), *SICARDVS, Cremonensis Episcopus* (x),

CHRO-

(q) Conf. *Ordericus Vital., Hist. Eccles. L. XII. ad a. 1125*, in *Du Chesne Scriptor. Norm. p. 882. sq.* & *Orto Frising. de gest. Frid. I., L. I. c. 15.*, ap. *Murator, l. c. col. 652.* Minime ergo assentior *Conrado Vrsperg, ad a. 1124. p. 207.* & *ad a. 1126. p. 209.*, asserenti, *Henricum V.* disposuisse, vt post mortem suam Imperii insignia in castello *Hamerstein* reponantur, eaque postea in potestate *Friderici & Conradi Fratrum*, nepotum suorum, fuisse. Nec fidem tribuo *Alberto Stadenf., ad a. 1126. p. m. 136.*, artes describenti, quibus *Albertus Moguntinus* Imperii insignia a *Friderico* obtinuit. Nec denique placet *Habnii* asserentum, in *seiner Teutschen Staats-Reichs und Kayser-Historie, P. III. c. 3. §. 9. p. 160.*, ex horum qua-

tuor Scriptorum testimoniis conueniens, Imperii insignia sub Imperatricis viduae, *Friderici & Conradi* custodia *Hamersteinio* reposita iacuisse.

(r) In *Chron. breui Magdeb.*, in *Menkenil Scriptor. rer. Germ. T. III. col. 356.*

(s) In *breui Chron. Cassin.*, apud *Murator, l. c. T. V. p. 61. a.*, coll. *p. 141. a.* de quo vero *Muratorius, l. c. p. 137.*, obseruat, eum semper vnum anticipare annum, illamque excusare studet.

(t) *L. I. c. 41., l. c. p. 374.*

(u) In *Append. ad Chronogr. Sigeberti Gemblac. ad a. 1126.*, in *Pistorii Scriptor. rer. Germ., T. I. p. 873.* edit. *Struv.*

(x) In *Chronico ad h. a.*, ap. *Murator, l. c. T. VII. col. 595.*

LOTHARII SAX. IMP. ORTIS. §

CHRONICA *Fossae nouae* (y), & *S. Petri Catalaunense* (z), ANONYMVS SAXO (a), CONRADVS VRSPERGENSIS (b), CHRONICON *Luneburgicum* (c), ALBERTVS STADENSIS (d), & plures alii. Reliquos, qui annis 1127. vel 1129. hanc electionem adscribunt, nominare non placet, cum nimis recentiores sint. Verum ex optimae notae Scriptoribus, vt & nonnullis Diplomatribus satis abunde demonstrari potest, A. C. 1125. ad Regni fastigium *Lorharium* fuisse euectum. Hoc scilicet testantur CHRONICON *Leodiense* (e), ANSHELMVS GEMBLACENSIS (f), ANNALES *Hildesheimenses* (g), PETRVS DIACONVS (h), ANNALISTA SAXO (i), ORDERICVS VITALIS (k), CHRONICA *Mellicense* (l) ac *Salisburgense* (m) & OTTO FRISINGENSIS (n), omnes coaeui, quorum plures facile coaceruari possent. His autem supparem DODECHINVM Abbatem (o) subiungere liceat. *Diplomata* quod attinet, varia occurrunt A. C. 1125. data, quae regnum *Lotharii* nostri prae se ferunt. Sic v. c. in BURCHARDI II., *Wormacien-*

- (y) ad a. 1126., ap Eundem, T. VII. col. 868., quae vero de nescio, quonam *Otone* interfecto, cui *Lotharius* successerit, somniat.
- (z) ad a. 1126., in Labbei *Nous Bibliorb. MSS.*, T. I. p. 296.
- (a) In *Historia Imp.*, apud Mencken, l. c. T. III. col. 104.
- (b) ad a. 1126., p. m. 209 & 213.
- (c) Apud Eccardum, l. c. T. I. col. 1372., quod vero in eo errat, dum asserit, *Lorharium* a Nobilissimis Saxonum fuisse electum.
- (d) ad h. a., p. m. 156.
- (e) ad a. 1125., ap. Labbeum, l. c. T. I. p. 339.
- (f) In *Chronico ad h. a.*, apud Pistorium, T. I. p. 949.
- (g) *adh. a.*, ap Leibnit, T. I. p. 740.
- (h) In *Chron. Cassinensi*, L. IV. c. 87. p. 513, editionis, quae cum notis *Angeli de Nuce* prodit, Parisiis 1668. fol.
- (i) ad a. 1125., ap. Eccardum T. I. col. 657.
- (k) l. c. ad h. a. p. 882. sq.
- (l) ad h. a., ap. Pezium in *Scriptor. Austr.* T. I. col. 229.
- (m) apud Eundem, l. c. col. 343.
- (n) In *Chronico*, L. VII. c. 27. l. c. p. 148.
- (o) In *Append. ad Mariani Scoti Chronico.* ad a. 1125., ap. Pistorium, l. c. T. I. p. 671. b.

6 DE DISSIDIIS EX ELECTIONE

maciensis Episcopi, Notitia pro fundatione Monasterii Frankenthalen (p), haec subscriptio occurrit: Data est pridie Nonas Octobris Anno Incar. dom. MCXXV. PRIMO ANNO REGNI nobilissimi Regis LUTHERI. IN ARNVLFI, Comitris Arsebotani, Donatione vicf Buggenboudt, Monasterio Affligemensi facta (q), haec subnotata sunt: Acta sunt haec Dominicae Inc. millesimo centesimo vicesimo quinto, Indictione tertia, Epacta XIV. REGNANTE LOTHARIO, Romanorum Imperatore, quae ipsa repetita sunt in GODEFRIDI BARBATI, Ducis Lotharingiae & Brabantiae, Confirmatione huius Donationis A. 1125. facta (r). In ADALBERONIS, Ep. Leodiensis, Confirmatione Fundationis Prioratus Sarti Monachorum (s), talis obuia est subscriptio: Actum Leodii anno ab Inc. Domini MCXXV., Indictione III., REGNANTE LOTARIO, anno primo Regni eius. Nec opus est, vt solummodo aliorum chartas, in quarum temporis subnotatione Lotharii mentio fit, in medium proferamus, cum suppetant ipsius Lotharii Diplomata satis abunde testantia, eum iam A.C. 1125 electum fuisse. Sic in LOTHARII Confirmatione Donationis loci Ohlsinbusin Monasterio S. Blasii facta (t), haec temporis subnotatio legitur: Signum Domni Lotharii Dei gratia Tercii Regis. Data Argentinae, ANNO Inc. Domini MCXXVI. Indictione quarta, IV. NONAS IANVARII. ANNO I. LOTHARII REGIS. Parilis fere subscriptio de eodem die obuia est in LOTHARII Diplomate pro immunitate Monasterii S. Blasii super libera

(p) In Io. Frid. Schannati Hist. Episcopar. Wormat., T. II, n. 72. p. 65. sq.

(q) In Miraei Donat. Belgic. L. I. c. 44., in Eius Opp. Diplom. & Hist. Belgic., cura Io. Franc. Foppens recu. sis, T. I. p. 375, b.

(r) In Miraei Opp. Dipl. & Hist., T. II. P. I. c. 19. p. 817 b.

(s) In I. F. Foppens Dipl. Belgic. noua Collect. J. Miraei Opp. Dipl. & Hist. T. III. P. II. cap. 42. p. 327. & 328.

(t) In Marq. Hergerti Genealogias Diplom. Habsburgicae Vol. II., num. CCV. pag. 147. coll. p. 149.

bera electione Aduocati (u). Cum enim inter eos etiam Scriptores, qui *Lotharium* A. 1126. electum fuisse, tradunt, conuenit, electionem hanc *menſe Septembri* fuiſſe peractam; neceſſario ex his *Lotharii* Diplomatiſibus, iam *menſe Ianuario* A. 1126. datis, ſequitur, eum ſolum Regale A. 1125. conſcendiſſe (x).

§. III.

Accurata & prolixior electionis & coronationis Lotharii Descriptio.

Post mortem *Henrici V.* Moguntinus Archimyſta, *Albertus*, cui hoc ius ab antiquo competeſebat, Imperii Proceres ad nouam electionem, autumnali tempore peragendam, Moguntiam conuocabat (xx). Conueniebant ibi Regni Proceres, Archiepiſcopi ſcilicet, Epifcopi, Abbates, Praepoliti, Clerici, Monachi, Duces, Marchiones, Comites, caeterique Nobiles (y) *feſto Bartholomaei die*, i. e. d. 24. Aug., vt & Legati Apoſtolicæ Sedis *Eurardus & Romanus* (z). Altera die ſ. d. 25. Aug. *Reinberti ſ. Reginberti* Epifcopi Brixienſis electio confirmabatur (a), tum d. 26. Aug. ele-

(u) Apud *Eiſend.*, l. c. Vol. II. n. CCVI. pag. 149 & 150.

(x) Conf. *Godofredus*, Abbas *Gotwicenſis*, *Chronici Gorwic.* Lib. II. c. XI § XI p. 341., vbi ex colatis Diplomatiſibus confirmat, *Lotharium* annos regni Germ. ab A. 1125. numeratſe.

(xx) Vid. *Orderic. Vitalis*, l. c. L. XII. ad a. 1125. p. 382. & *Otto Friſing.* de geſtis *Frid. I.*, L. 1. c. 10., l. c. col. 632.

(y) Vid. *Narratio de electione Lotharii*,

Saxoniae Ducis, in *Imp. Rom.* cap. 1., ap. *Pezius*, l. c. T. I. col. 570.

(z) Vid. *Anſhelm. Gemblac.*, l. c. p. 949. ſq., *Annales Hildeſheim.*, l. c. p. 740. & *Annaliſta Saxo Eccardinus ad h. a.*, T. I. col. 657. *Otto Friſing.* quidem, *Chron. L. VII. c. 17* p. 148., & *Gofridus Viterb.* l. c. P. XVII. p. 347. b., vnius tantum Sedis Apoſtolicæ Legati meminerrunt, verum maior mihi eſt auctoritas *Narrationis de elect. Loth. & Anſhelmi Gemblac. ll. cc.*

(a) Vid. *Narratio cit.* cap. 1. l. c. col.

8 DE DISSIDIIS EX ELECTIONE

electionis negotium ordiebantur Principes, Spiritus S. auxilium, decantata prius antiphona *Veni S. Spiritus*, inuocantes, atque decem ex singulis Bauariae, Sueviae, Franconiae & Saxoniae prouinciis Principes deligebant, quorum electioni caeteri omnes assensum praeberent, absente tamen cum suis *Friderico*, Sueviae Duce, quippe qui secessionem a reliquis faciebat, praetextens, sibi a Moguntinensibus esse metuendum. Hi ergo delecti super hoc negotio, vt probabilissime conicio *d. 27. Aug.* deliberantes, postera, nimirum *28. Aug. die*, tres praecipuos Germaniae Principes, nimirum *Fridericum* Sueviae, *Lotharium* Saxoniae Duces & *Leopoldum* Marchionem Austriae praetaxabant, liberum relinquentes, quem ex his tribus caeteri Ordines eligere vellent (b). *Lotharius* & *Leopoldus* praesentes oblatam dignitatem omni deprecabantur modo, qua de re certior factus *Fridericus*, sequenti die, viz. *d. 29. Aug.*, Moguntiam ingrediebatur, & Principum conuentui sese sociabat, certissimus de sua electione. Verum cum ad Moguntini quaestionem, num, aequae ac *Lotharius* & *Leopoldus* promiserant, fidem dare vellet, se eligendo Regi omnem praestitutum obedientiam esse, responderet, se sine suorum consilio nihil polliceri nec velle, nec posse, simulque animaduertenteret, Principes nequaquam pro ipsius electione vnanimis esse, vrbe iterum exibat. Hac re Imperii Proceres nimirum quantum exasperati, *Friderico* etiam & *Henrico*, Bauariae

570. & *Hundius in Metrop. Salib.*,
T. I. p. 298. n. 35.

(b) Vid. Haec ipsa Narratio, cap. 1.
c. 2, col. 570. His tribus practa-
katis Principibus *Otto Frising.*,
Chron. L. VII. c. 17. p. 148., *Goisfrid.*
Viterb. l. modo c. & *Chronicon*
Admontense, ad a. 1125., apud *Pe-
zium*, T. II. col. 183., quarum su-
peraddunt, scilicet, *Carolus*, *Flan-*

driae Comitem. *Ordericus Vitalis*
autem, l. c. L. XII. p. 883., omif-
so, *Carolo* *Flandrensi* & *Leopoldo*
Austriaco, substituit *Henricum*,
Lotharingorum Ducem; verum
fidem solummodo tribuo lauda-
tae Narrationi, coeuae nimi-
rum & omnia optime exponen-
ti. Nec amplecti lubet *Habnis*
hac de re coniecturam, l. c. *Pe-
zium*, l. c. 4. §. 1. p. 173. not. bb)

uariae Duce, absentibus, subsequa die, quae erat *d. 30. Aug.* (c), operam cumprimis interponente *Alberto* Moguntino, *Lotharium* eligebant, Laicis praesertim initium facientibus, ei vota sua dandi. Contradicebant quidem Bauarici Episcopi, & *Salisburgensis* Archiepiscopus *Conradus* cum *Hartwico Ratisbonensi* Episcopo palam profitebantur, se sine Duce Bauarico nihil de Rege constituturos esse; at tandem, mediatoris officium in se iuscipiente Cardinali, Sedis Apostolicae Legato, & superueniente Bauariae Duce, vnanimi Principum consensu *Lotharius* in Regem sublimabatur, solemnissime statim confirmata pactioe A. 1122. super Inuestitura cum P. R. inita (d). Et hac ratione contradicentes veterum Scriptorum de hac electione narrationes, me iudice, optime cohaerent, fundamenti loco in hac conciliatione posita allegata *Narratione de electione Lotharii*. Altera post electionem die, i. e. *d. 31. Aug.*, *Lothario* primum praesentes Episcopi, quorum XXIV. erant, tum Abbates, denique & reliqui Imperii Principes fidelitatis iuramentum praestabant, ab eoque e contra feuda recipiebant. Tandem & *Fridericus*, interuentu cumprimis *Ratisbonensis* Episcopi aliorumque Principum, tertio ab electione die, i. e. *d. 2. Sept.*, ad curiam *Lotharii* redibat, eique debitam exhibebat reuerentiam (e). Errant itaque quamuis antiquiores nonnulli Scriptores, qui contendunt, *Conradum*, fratrem huius *Friderici*, in diffidiosa cum *Lothario* electione Regem fuisse creatum (f). Statuta dein pace per omnem Germaniam

(c) Dodechinus ad a. 1125., l. c. p. 671. b.

(d) Vid. cit. Narratio, cap. 3-6., l. c. col. 570-573. cf. *Anselm Gemblac.* ad a. 1125., l. c. p. 949. sq., *Annales Hildesheim.* ad h. a. p. 740., *Annalista Saxo.* ad h. a. l. c. col. 657., *Otto Frising.*, Chron. l. c. p. 148. & *Gosfrid. Viterb.*, l. c. p. 347. b.

(e) Vid. Narratio saepius citata, c. 7. l. c. col. 573. Labitur itaque *Ordericus Vitalis*, licet coaeuus, l. c. ad a. 1125. p. 883. scribens: *dis-soluto conuentu, Friderici exercitus super Lotharium irruit, ipsumque & plurimos de parte illius vulnerauit & terga verrentes fugauit.*

(f) *Chronica Austriae*, ad a. 1125. B ap.

niam vsque ad proximam Natiuitatem Domini, & inde per annum adhuc, obseruanda (g), *Lotharius* Aquisgranum proficiscatur, ibique *Idibus Septembris*, i. e. *d. 13. huius mensis*, quae erat *dies Dominica*, a *Friderico*, Colonienfi Archiepiscopo, in Regem vngebatur ac coronabatur (h), vxore autem eius, *Richenza*, Coloniae eodem adhuc anno ab hoc ipso *Friderico* Colonienfi coronata (i). Inde in Bauariam recedebat *Lotharius*, quo forsân Bauarorum animos fauentiores sibi redderet, & *Ratisbonae* Comitia agens (k), *Argentina* adibat, vbi sub initium a. 1126. degit (l). Caeterum negari non potest, *Lotharii* electionem turbulentissime equidem fuisse peractam, multumque in ea *Alberti* Moguntiaci artibus, & Legatorum Papalium suasionibus tribuendum esse; verum nec hoc negari potest, eum tandem ab omnibus Germaniae Principibus pro legitimo suo Rege fuisse agnitum. Denique sub finem huius §. silentio praeterire non possum, B. HAHNIVM (m) in describenda *Lotharii* electione multum ingenio suo tribuere & laudatae

Narra-

ap. Pezium T. I. col. 556. sq., *Halberstadense ad h. a.*, ap. Leibnit. T. II. p. 134., *Conr. Vrsperg. ad a. 1126. p. m. 209.*, Fabulosa autem sunt, quae *Albertus Stadenfis ad a. 1126. p. m. 156.* hac de re narrat.

(g) Vid. *Narratio cit., cap. 7. l. c. col. 573.*

(h) Diem indicant *Anselm Gemblac. ad a. 1125., l. c. p. 950.* & *Robertus de Monte*, quamuis hic falso *ad a. 1126., l. c. p. 873.* Rem modo, locum & annum testantur, *Annal. Bosou., ad a. 1125.*, ap. *Eccard. T. I. col. 1007.*, *Dodechinus ad h. a., l. c. p. 671. b.* & *Chron. Regau. ad h. a.*, ap. *Mencken. T.*

III. col. 130. Errat itaque *Chron. Regia Colon. ad a. 1125., l. c. col. 928.*, *Lotharium Coloniae coronatum tradens.*

(i) *Annalista Saxo Eccardinus, ad a. 1125. col. 658.* & *Chronica Regia S. Pantal. Colon., ad h. a. l. c. col. 928.*

(k) Teste *Annalista Saxone Eccardino, l. modo c. & Dodechino, ad a. 1125 p. 671.*

(l) Vt patet ex Diplomati- bus hoc tempore *Argentinae* datis & *suprapag. 6 & 7. not. (t) & (u) adductis. conf. Annal. Hildesh. ad a. 1126., l. c. p. 740.* & *Annalista Saxo ad h. a. col. 638.*

(m) *l. c. P. III. cap. IV. §. VIII. p. 194. sq.*

Narrationi sensum nonnunquam affingere natiuae eius menti plane contrarium.

§. IV.

Causae, verumque initium dissidiorum inter Lotharium & Conradum. Lotharii frustranea in Sueviam expeditio.

Simulata magis, quam sincera erat amicitia, quam *Fridericus* cum *Lothario* inierat, magisque coactum, quam ex libera voluntate ortum obsequium ipsi spondederat. Aegre namque ferebat *Fridericus* eiusque frater *Conradus*, egre namque sibi esse Regnum, quod ad se iure spectare putabant, quod *Henrici V.* nepotes erant (n). E contra *Lotharius*, instigante *Alberto Moguntino*, omnium harum calamitatum face & tuba, quippe *Henrici* haeredes odio plus quam *Vatiniano* prosequente, potentiam *Friderici* & *Conradi* quouis modo attenuare studebat (o). Factum hinc est, ut iam sub initium anni 1126. *Fridericus* variorum moliminum accusaretur & Principum iudicio damnaretur. Quae sententia paulo post in magno Principum conuentu, *Lothario* etiam praesente, *Goslariae* confirmabatur, simulque expeditio post festum Pentecostale contra *Fridericum* suscipienda decernebatur (p). Tum expeditionem nimis in-

(n) Vid. *Welbertus*, huius *Conradi* postea Imp. Cancellarius, excerptus a *Gewoldo* in *de S. R. I. Septemviratu* c. 70., ext. in *Repraesentatione Reipubl. German.* p. 690.

(o) Vid. *Otto Frising.*, *Chron.* L. VII. c. 17. p. 148. & *de gestis Frid.* l. I. L. 3., c. 16. col. 632., *Gosfr. Viterb.* l. c. p. 347. b., *Chron. Austriae*, ad

a. 1125., ap. *Pezium* l. c. T. I. col. 556. sq., *Sicardus*, Ep. Cremon., l. c. apud *Murator.* T. VII. col. 595. & *Albericus* ad a. 1127., l. c. p. 252. Silet hanc praecipuam subsecutarum turbarum causam *Hahnus*, l. c. P. III. c. 14. §. 4. p. 181., hoc ipso nimium suum partium studium prodens.

(p) *Annalista Saxo* ad a. 1126., l. c. B 2 661.

incautam ipso hiemali tempore mouebat in Bohemos *Lotharius*, multa hinc suorum strage reuersus (q), cuius claudis causam cum quidam fat grauis Scriptor (r) *traditioni quorundam ipsius Principum* adseribat, probabilissime inde coniiicio, varios iam Germaniae nostrae Proceres si non palam, clandestine tamen *Friderici* partibus fauisse. E Bohemia redux *Lotharius* Magdeburgum sese conferebat, ibique celebrato Paschatis festo (s), castra mouebat contra *Fridericum*, sed hocce in munitiora prouinciae suae loca sese recipiente, *Lotharius* infecto negotio redire cogebatur (t). Ad hunc annum, probe perpenis omnibus circumstantiis, referenda mihi merito videntur, quae MONACHVS WEINGARTENSIS (tt), turbata admodum temporum serie, de *Welfonis VI.* gestis in *Sueuia* bellis memorat. Duxerat nempe *Welpbo* filiam *Gotfridi*, ditissimi Comitis Caluensis & Palatini, *Itbam* nomine, cum eaque omnia soceri feuda & allodia acceperat. *Albertus* Comes, *Gotfridi* fratruelis, hoc aegre ferens, bello *Welfonem* lacepsabat, in auxilium vocatis *Friderico* & *Conrado* Sueuis fratribus. *Conradus* etiam, *Zaeringiae* Dux, eius tubabatur partes. Verum *Lotharius* suppetias ferebat *Guelfoni*, qui, expugnatis variis *Alberti* castris, hunc eo adigebat, vt gratiam ipsius quaereret, cui non modo Magnanimus *Guelfo* abla-

col. 638. & Chron. Regia Colon. ad h. a., l. c. col. 928.

(q) *Annales Hildesh.* ad a. 1126, l. c. p. 740, *Annalista Saxo* ad e. a., l. c. col. 638. sq., *Cylo Frising.*, de gest. Frid. I., L. I. c. 20., l. c. col. 633; conf. *Albertus Stadenis*, ad a. 1126. p. m. 156., qui diem pugnae indicat.

(r) *Viz. Anselm. Gemblac.* ad a. 1126., l. c. p. 950.

(s) *Annalista Saxo* ad h. a., l. c. col. 639.

(t) *Idem* l. modo c. & *Ann. Hildesh.* ad a. 1126. p. 740. Has hostilitates in *Alfaria* h. a. initium cepisse, sine vilo testimonio tradit *Habnius*, l. c. p. 188.

(tt) l. c. cap. 12. p. 787. Et ss. conf. *Crusius*, *Annal. Suenic.* P. II. L. VIII. c. VI. p. m. 269. vbi ait, *Itbam* circa a. 1126. *Guelfoni* nupisse, labitur autem dum subiungit, *Albertum de Calue*, auxilio *Rauespurg. Guelfonis* arcem *Wirtembergam* combussisse.

ablata restituebat, sed & nouas ditiones ei in feudum conferrebat. Quae plenaria autem huius litis compositio forsitan sequenti demum anno contigit. Tum *Lotharius* Natiuitatem Domini A. 1126. *Coloniae* & *Aquisgrani* Epiphaniae festum a 1127. celebrabat, quo in posteriori loco autem grauis inter Primores Regni, quos secum habebat, oriebatur contentio, *Lotharii* prudentia tandem sopita (u).

§. V.

Gesta a. 1127. Lotharius unicam filiam Henrico Magnanimo uxorem dat. Frustranea Norimbergae obsidio. Conradus Rex proclamatur, propterea a quibusdam Germaniae Archi- & Episcopis excommunicatus. Henrici frustranea expeditio in Sueuiam.

Crescentibus in dies ortis *Lotharium* inter & *Fridericum* dissidiis, ille firmandis suis partibus omne studium impendebat. Hinc celebratis *Merseburgi* feriis Pentecostalibus (x), ibique in gratiam recepto *Sobieslao*, Bohemiae Duce (y), filiam suam unicam *Gertrudem* Bauariae Duci, *Henrico* Magnanimo, nuptum collocabat. Valde discrepant Scriptores in describendo harum nuptiarum loco, cum qui-

(u) *Anselm. Gemblac. ad a. 1127. p. 950.*, *Annalista Saxo ad h. a. col. 661.* & *Chron. Regia Colon. ad h. a. col. 928.* Cf. tamen Germanicam huius *Chronici* versionem, ap. *Eccardum, l. c. T. I. col. 983.*

(x) *Annalista Saxo ad a. 1127, l. c. col. 661.*, *Annal. Bojov. ad h. a. col. 2007.*, *Dedechini ad h. a., l. c. p. 672.*, Errat itaque *Anselm. Gemblac.*, licet coaeuus, ad a. 1127. l. c. p. 950, & *Albericus*, ad

h. a. p. 255. afferentes, *Lotharium* Pentecostali tempore *Babenbergae* egisse.

(y) *Annal. Bojov. ad a. 1127, l. c. col. 2007.*, *Chronica Bigaug. ad h. a., ap. Hoffmannum, l. c. T. IV. p. 124. b. & Pegarv. ad h. a., ap. Mencken, T. III. col. 131.*, quae vero *Sobieslao* falso *Viricum* nominant. Cf. *Chron. Bohemic. cap. 60. ad h. a., ap. Mencken T. III. col. 1698.*

quidam eas *Merseburgi* (z), alii autem ad *Licum* in loco, qui *Concio Legionum* dicitur, vltraque *Augustam* situs erat (a), celebratas fuisse, pari adstruunt autoritate. Sed forsitan haec primo intuitu apparens contradictio hac ratione conciliari potest, adstruendo, vnum Legatorum, quos *Henricus*, teste MONACHO WEINGARTENSI l. c., in Saxoniā ad deducendam sponsam suam miserat, eam *Merseburgi*, ipso Pentecostis festo, procuratorio nomine despondisse, ipsas autem nuptias in *Pentecostis Octava*, siue festo SS. *Trinitati* dicato, quod in diem 29. *Maii* cadebat (b), in multa *Bauariae* & *Sueviae* Optimatum praesentia in loco *Concio Legionum* dicto fuisse peractas (c). Finitis nuptiarum solemnibus, *Henricus* nouiter ductam *Rauensburgum* comitabatur, eamque ibi relinquens (d), ad Socerum suum *Norimbergam* tum temporis magno stipatus exercitu, cum *Bohemisae Duce* (e) obsidione prementem se conferebat, a quo *Saxoniae Ducatum*, anno postea 1136. ipsi traditum, vt & *Norimbergam* & *Gredingam*, in Episcopatu *Eichstetten* sitam, a *Lothario*

(z) Nimirum *Annalista Saxo* ad h. a. col. 661. & *Dodechinus* ad a. e., l. c. p. 672. a.

(a) *Monach. Weingart.* l. c. c. 11. p. 787. & *Conrad. Vrsperg.* ad a. 1127. p. m. 211. Cf. *Gassari Annal. Augsburg* ad a. 1130. ap. *Menzenken*, l. c. T. I. col. 1416. & *Loth. Frid. Felleri Genealogische Historie des Braunschweig Luneburg. Hauses*, Cap. IX. §. 2. nor. (9) p. 218. sq., qui de hoc loco *Concio Legionum* dicto notitiam suppeditant.

(b) Vid. *Rabei Calendar. Diplom.* p. 113. coll. p. 145.

(c) Harum nuptiarum mentionem porro faciunt *Chronogr. Saxo* ad

a. 1127., l. c. p. 286. sq., *Chron. Montis Sereni* ad h. a., ap. *Menzenken*, l. c. T. II. col. 170. *Cacterum Hahnus*, l. c. P. III. c. IV. §. 7. nor. 1) p. 194. similem fere cum nostra assert coniecturam.

(d) Vid. *Monach. Weingart.*, l. c. p. 786.

(e) Vid. *Otto Frising de gest.*, *Frid. I.* L. I. c. 16., l. c. col. 652., *Chronogr. Saxo*, ad a. 1127. p. 286, *Annal. Bol. v.* ad h. a. col. 1007. & *Dodechinus* ad a. e. p. 672. a. Vitium itaque aut Scriptoris aut Librarii est in *Chron. Bohem.* paulo ante nota (y) allegato, quod l. ibi c. asserit, *Lotharium* cum *Sobieslao* obsidisse *Bambergam*.

rio in feudum obtinebat, eique e contra auxilium aduersus Fridericum pollicebatur (f). *Norimbergam* tanquam haereditario iure ad se spectantem tunc temporis *Friedericus* & *Conradus* possidebant, ibique praesidium locauerant (g). Vrbe itaque per duos continuos menses obsessa (h), ac circumiacente regione per tres menses dirissime vastata (i), & quidem per Bohemos, quos eapropter *Lotharius* dimittebat (ii), dum oppidani fortiter sese defende-

(f) Vid. *Monach. Weingart. f. c. cap. II. p. 786*, coll. *Ortione Frising. de gest. Frid. I., L. I. c. 16. col. 652.* & *Conv. Ursperg. ad h. a. p. 211.* Allegatus *Monachi Weingartensis* locus vexatus admodum est, & uti *Leibnitio* in subiecta notula videtur, plane corruptus. Verba sunt: Ipse (sc. *Henricus*) ad Imperatorem reuersus Ducatum *Saxoniae, NURENBERG, Gredingen* & omnia beneficia, quae Imp. ab Episcopis & Abbatibus habuit, suscepit, ac REBELLIOREM, ID EST FRIDERICUM Ducem sororis suae maritum pollicetur. Loco *Nurenberg*, substituendum esse *Nuenberg* & loco *Gredingen* ponendum esse *Getingen*, conicit *Leibnitius* in nota subiecta. *Fellerus* quoque, l. c. p. 219. Jq. not. (10.), in dubium vocat, num *Lotharius* genero suo *Henrico* in feudum concesserit *Norimbergam*, eo quod scil. haec cjuitas haut in ipsius potestate fuerit. At mea ex sententia vox *Nurenberg* critica manu haut indiget, poterat enim *Lotharius* hanc urbem, *Bauarico* Ducatui confinem, maximeque opportunam,

Henrico post eius expugnationem tradendam promississe, ipsumque cum ea interim insecudasse, pari ratione ac cum Ducatu *Saxoniae*, quem tamen demum a. 1136. obtinuit *Henricus* noster. Quod autem verba: REBELLIOREM ID EST *Fridericum Ducem* - pollicetur, attinet, facili minimeque coacta emendatione legendum puto: REBELLIONEM IN *Fridericum Ducem* - pollicetur, h. e. *Henricum* pollicitum esse *Lothario* se pariter bellum gesturum esse contra *Fridericum*. *Rebellare* enim apud medii aevi Scriptores idem erat ac *bellare*, & *rebellare* ab eis sumebatur pro bello, *resistentia*, ut patet ex *Du Fresno Glossario medii aevi*, hac voce.

- (g) Vid. *Otto Frising. de gest. Frid. I., L. I. c. 16. col. 652.*
 (h) Vid. *Dodechinus ad a. 1127., l. c. p. 672. a.*
 (i) Vid. *Annal. Bojov. ad a. 1127., l. c. col. 1007.* & *Chron. Pegav. ad h. a., col. 131.*
 (ii) Vid. *Autores nota anteced. (i)* citatos, add. *Otto Frising. de gestis Frid. I., L. I. c. 16. col. 652.*

derent, *Conradus* insuper & *Fridericus* cum valido exercitu vrbi suppetias laturi appropinquarent (k), *Lotharius*, soluta obsidione, inglorius discedebat (l), atque *Bambergam* transiens *Herbipolin* se conferebat, quem *Conradus* & *Fridericus* insequentes, manus cum eius exercitu conferebant, eoque profligato ad moenia vsque vrbis *Herbipolitanae* procedebant (m). Tum *Conradus* & *Fridericus*, fugato *Lothario*, Rhenum tranfibant, *Spiraeque* praesidia collocabant (mm), eiecto ciuitatis Episcopo *Sigefrido* (n). Hac quali quali victoria & prospero rerum successu elati, *Conradus* impositum sibi a Fratre Regis nomen publice assumebat (nn) & quidem d. 18. Dec. huius a. 1127. (o). Quamprimum autem *Lotharius*, *Herbipoli* adhuc latitans, ibique Natale Domini celebrans (p), hac de re certior fiebat, anathematis fulmen per *Albertum* *Moguntinum*, *Conradum* *Salisburgensem* & *Norbertum* *Magdaburgensem* Archiepiscopos, eorumque Suffraganeos, in *Conradum* eiusque Fratrem euibrandum curabat (q). In huius denique anni finem & quidem ante sumtum a *Conrado* regium nomen referenda mihi videtur frustranea *Henrici Magna-*
ni-

- (k) Vid. *Otto Frising. l. modo c. cap. 17. col. 653. Chronica Bosov. ad a. 1127. col. 1007. & Bigaug. ad h. a. l. c. p. 124. b.*
- (l) *Annales Hildesh. ad a. 1127. p. 740. Annalista Saxo, ad h. a. col. 661. & Dodechinus ad a. e. p. 672. a. Errat itaque Chron. Luneburg. (ad h. a.) ap. Eccardum l. c. T. I. col. 1372., tradens, Noribergam tum temporis fuisse expugnatam.*
- (m) *Otto Frising. de gestis Frid. I., l. I. c. 17. col. 653.*
- (mm) *Otto Frising. de gest. Frid. I., l. I. c. 17. col. 653.*
- (n) *Annalista Saxo ad a. 1128. col. 662. & Chron. Reg. Colon. ad h. a. col. 928.*
- (nn) *Otto Frising., Chron. L. VI. c. 17. p. 148. Annal. Bosov., ad h. a. col. 1007. & Chron. Bigaug. ad h. a. p. 124. b.*
- (o) *Chronogr. Saxo, ad a. 1127. p. 237.*
- (p) *Annalista Saxo ad a. 1128. col. 662., Chron. Regia Colon. ad h. a., l. c. col. 928. & Annal. Bosov. ad a. e. col. 1007.*
- (q) Vid. Autores nota (p) cit. Cf. *Chronographus Saxo ad a. 1127. p. 187. & ad a. 1134. p. 291.*

nimi in Sueuiam expeditio, cuius OTTO FRISINGENSIS (qq) meminit, quamuis eam demum, turbato narrationis chronologicae ordine, post primam *Spirae* obfidionem referat. *Sueuiam* namque cum haut paruo exercitu intraerat *Henricus*, iamque fluuium *Werrenzam*, hodie *Wernitz* dictum, traiecerat, cum de aduentu *Friderici & Conradi* certior redditus, fugam arripere, inque *Bauariam* remeare, consultius duceret, quam manus cum fratribus *Sueuis* conferere.

§. VI.

Conradi asseclarum in Germania inuestigatio.

Conradum a fratre ac quibusdam aliis Regem creatum fuisse, tradit OTTO FRISINGENSIS (r). Iuuat ergo inuestigare, quinam fuerint hi *quidam alii*, quos CHRONOGRAPHVS SAXO (s) *Principes & ALBERTVS STADENSIS* (t) *Francigenas* appellat. Si suppeterent *Diplomata* a *Conrado*, durante sua rebellione, data, ex iis commode inuestigari posset, quinam a partibus eius steterint. Haut equidem me fugit, HEDAM (u) producere *CONRADI III. Rom. Regis Confirmationem Comitatum de Oostergouwe & Westergouwe pro Andrea Episc. Traiectino*, *Dat. Indict. I. A. D. 1128. REGNI IPSIVS ANNO I.*, & apud LVNIGIVM (x) extare *CONRADI II. Rom. Regis Sententiam, qua mediante Ecclesiae Treuirensi abbatiam S. Maximini adiudicat ac restituit*, vbi: *Aetum Regii Argentinæ A. DOM. 1134. Ind. II. regn. Conr. Rom. R. secundo, ANNO REGIMINIS EIVS II.*, quas eapropter etiam *Consul-*

tiff.

(qq) De gestis *Frider. I.*, L. I. c. 18. col. 693.

(r) *Chron.* L. VII. c. 17. p. 148.

(s) *ad a.* 1127. p. 287.

(t) *ad a.* 1126. p. m. 156.

(u) In *Hist. Episcopor. Vltraiecl.*, cum notis *Arn. Buchelii* edita, p. 157. sq.

(x) In des *Spicilegii Ecclesiast. I. Theils Fortsetzung.*, p. 209. sq.

tiff. GEORGISCH (y) his annis adscriptit. Verum facili ratione pater, harum priorem anno 1138., posteriorem autem a. 1139. adscribendas esse; siquidem in hos annos conveniunt Indictionis aequae ac Regni Conradini anni, adhaec Conradus in vtraque Lotbarii tanquam praedeccessoris sui mentionem facit, quin imo in posteriori ad Lotbarii expeditionem Apulicam, quae demum a. 1137. contigit, provocat, denique & plures subscriptorum testium minime quadrant in annos 1128. & 1134. Nec plus solatii capi potest ex Diplommatibus (z), quae a. 1133. & 1134. regnante Conrado data dicuntur, cum & horum subnotatio facile describentis incuria vel incititia vitari potuit. Hinc ex solis huius aevi Scriptoribus eruendi, & nonnunquam probabilis coniectura assequendi sunt Conradi aetate. Inter Principes Germaniae Ecclesiasticos a partibus Conradi stetit Meginberum, Treuriensem Archi-Episcopum, eumque eapropter Romam esse profectum, ex ANNALISTA SAXONNE (a) colligi posset; verum e GESTIS TREVERORUM (b) & GOLSCHERO (c) patet, Meginberum longe ob alias causas Romam iuisse, atque a Conrado, tunc in Italia degente, in via interceptum & carceri mancipatum fuisse. Clarius hoc patet de Friderico, Colon. Archipraesule, quippe quem inde ab a. 1127. per duos annos inimicitias in Lotbarium exercuisse, Scriptores disertis testantur verbis (d). Ottonem, Episcopum Bambergensem, clam

(y) In *Regestis Chronologica - Diplommat.*, ad a. 1128. n. 9. p. 531. & ad a. 1134. n. 16. p. 547.

(z) Spectant huc *Diploma Burcharidi Cameracensis Ep.*, in I. F. Foppens *Historia Episcopatus Silvaeducensis*, p. 193. coll. p. 195. & *Privilegium Stephani, Metensis Ep.*, in Aug. Calmet, *Histoire de*

Lorraine, T. II., dans les Preuves col. CCCI. sq.

(a) ad a. 1130. l. c. col. 663.

(b) Cap. 75. & 76. in Leibnitii *Accession*, T. I. p. 122. sq.

(c) In *Gestis Archi Ep. Treuir.*, ap. Eccardum, l. c. T. II. col. 2198. sq.

(d) *Annalista Saxo*, ad a. 1129. col. 662. & *Chron. Reg. Colon.*, ad h. a. col. 928.

clam *Conrado* fauisse, non immerito conicio ex intermissa ab eo *Conradi* excommunicatione (e) & absentia a curiis Lotharii (f). Pari probabilitatis gradu inter *Conradi* asselas referre possumus *Gebbardum* Herbipolensem (g), *Brunonem* Argentinum (h), *Hermannum* Augustanum (i), *Bertholdum* & postea *Henricum* Basileenses (k) & *Henricum* Ratisbonensem (l) Episcopos De *Vdalrico*, Constantiensi Praefule, MANLIVS (m) affirmat, eum Constantiam ab *Henrico* Magnanimo a. 1128. obsessam fortiter cum ciuibus defendisse, quo in asserto autem MANLII autoritas nimis levis mihi videtur. E Principibus Secularibus *Conradi* partes maxime

(e) Vid. *Alberti* Moguntini Epistola ad *Ottonem*, *Bamb. Ep.*, in *Vdalrici* *Babenb. Codice* Epistol. n. 337, ap. *Eccardum* l. c. T. II. col. 350.

(f) Vid. modo allegatus *Vdalr. Babenb. Codex*, n. 347. & 348. l. c. col. 357.

(g) Hunc a. 1127. Lotharium sede sua eiecisse, testantur *Annales Bolorov.* ad a. 1128., l. c. col. 1007. & *Chron. Pegav.* ad h. a. col. 131.

(h) Cf. *Dodechinus*, ad a. 1129. l. c. p. 672. b. ubi narrat, *Brunonem* interuentu *Reginae* & Episcoporum quadriennio expulsum gratiam iterum Lotharii iniisse. Strenue tum a partibus Lotharii stetit, ut patet ex duabus eius Epistolis, quarum vna ad *Reginam Richenzam*, altera ad Lotharium extant in *Vdalrici Babenb. Cod. Epist.* n. 353. & 356., l. c. col. 361. & 363. At a. 1131. sede sua iterum pulsus fuit, teste *Dodechino*, l. c. ad a. 1131. p. 673.

i. Cf. huius *Brunonis* exulis Epist. ad Ecclesiam suam Argentin., circa a. 1131. datam, in *Bernh. Pezii Codice Diplomatico-Historico-Epistolari* P. I. n. XCI. f. *Thesauri Anecdotor.* T. VI. col. 311. sq.

(i) Cf. huius lamentabilis Epistola de excidio Augustae ad *Ottonem* *Bamb. Ep.*, in *Vdalrici Babenb. Cod. Epist.*, n. 359. l. c. col. 364. & 366.

(k) Priorem in electione Lotharii a partibus *Friderici* stetit, patet ex *Narrat. de Elect. Loth.* c. 1., ap. *Pezium*, l. c. T. I. col. 570. Posteriorem a Pontifice a. 1133. depositum fuisse, testantur *Annalista Saxo* ad a. 1133. col. 666. & *Chronogr. Saxo* ad h. a. p. 290.

(l) Cf. *Monachus Weingart.* l. c. p. 787. De quo *Henrico* Ratisbon. infra, nimirum §. XI. adhuc nonnulla erunt dicenda.

(m) In *Chron. Episc. Constant.*, ap. *Pistorium*, l. c. T. III. p. 744.

xime tutatus est *Fridericus* frater, Dux Sueviae. Nec *Bavariae* Proceres, quos inter *Otto*, *Comes de Wolfratenhausen*, diserte nominatur, ab eo alienos fuisse, ex eorum dirissimo bello cum ipsorum Duce *Henrico* getto (n) colligi potest. In hunc censum porro referendi sunt *Leopoldus IV.*, *Marchio Orientalis* (o), qui *Conradi* matrem *Agnetem* duxerat (p), *Godefridus Barbatus*, Dux *Brabantiae* (q), *Gerhardus*, *Comes Geldrensis* (r), *Adelbertus* *Marchio* (s), sub quo *Albertum Vrsum*, postea sub *Friderico I. Imp. Saxoniae* Ducem intelligi, facile liquet. Denique & huc spectant *Conradus*, Dux *Zaeringiae* (t) & *Adelbertus* quidam *Tyrannus*, de quo paulo inferius adhuc mihi sermo erit. *LEIBNITIVS* equidem (u), *Hermannum de Winzenburg*, inter *Conradi* sectatores etiam numerat, verum *Scriptorum* autoritate destitutus, fidem ei tribuere merito ambigo. Inter praecipuas *Germaniae* vrbes *Conrado* adhaesisse *Noribergam*, *Augustam*, *Ratisbonam*, *Vlmam*, *Spiram* & *Coloniam*, ex iam dictis apparet & ex adhuc dicendis melius patefiet. Maxima ergo *Germaniae* pars *Conrado* successu temporis & nonnunquam fauebat, sed minime in fide eius constanter per-

(n) De hoc bello loquitur *Monachus Weingart.* l. c. Cap. 12. p. 787. sq. Cf. *Conr. Vrsperg.* l. c. p. m. 211, ubi verba: *Lotharius* quaque *Imperator* eo modo (sc. *Bavariae* pacatione) confortatus est in imperio.

(o) Hic enim *Bavaris* contra *Henricum* Ducem suppetias tulit, teste *Mon. Weingart.* l. modo c. p. 788

(p) Vid. *Koeleri Geneal. Famil. Aug. Strauffensis, Tab. I.* ex fontibus.

(q) Hunc enim a. 1129. *Lotharius* Ducatu suo priuabat, testibus

Annal. Bosov. ad a. 1129. col. 1008.

(r) Vid. *Annalista Saxo*, ad a. 1129 col. 662. & *Chron. Luneb. ada.* 1129. ap. *Eccard.* T. I. col. 1373.

(s) Vid. *Annalista Saxo*, ad a. 1129. col. 662., *Chronogr. Saxo* ad a. 1129. p. 287. & ad a. 1130. p. 288., *Chronica Bigaugiense* ad a. 1131. l. c. p. 124. b. & *Luneb. Eccardin.* ad a. 1129 col. 1373.

(t) Cf. *Monach. Weingart.* c. 12. l. c. p. 788.

(u) In *Introduct.* ad T. I. *Scriptor. Brunsvic.* ad. n. XLIII. g. 2. b.

permanebat. Horum recensitorum enim plurimi post aliquod rebellionis tempus gratiam *Lotharii* quaerebant, eamque facile impetrabant, id quod de nonnullis eorum veteres Scriptores diserte testantur. Solos vero Suevos ad illud fere temporis momentum, quo *Conradus* cum *Lothario* iterum in gratiam redibat, partes eius strenue tutatos esse, ex postea dicendis palam fiet.

§. VII.

Gesta anni 1128. Conradi excommunicatio ab Honorio II. P. R. Frustranea Spirae obsidio.

In viam nobis redeundum est, a qua recensio *Conradi* assecularum declinauimus. *Lotharius* Paschatis festum *Merseburgi* celebrabat (z), in qua festiuitate Romae *Conradus* cum fratre *Friderico*, omnibusque suis complicitibus a Papa *Honorio II.* extinctis luminibus excommunicabatur (a). *Lotharius*, licet *Merseburgo*, iter faciebat versus *Aquisgranum*, ibique Pentecostali tempore agens (b), circa festum S. Iohannis Baptistae (c) expeditionem contra *Conradum* mouebat, auxilium ei iterum ferente *Sobieslao*, Bohemiae Duce (d). Tum *Lotharius*, iuncto sibi *Alberto* Moguntino (e), *Spiram* obsidione cingebat, eamque ab Iduibus

(z) *Annalista Saxo*, ad h. a. col. 662. & *Chronogr. Saxo* ad h. a. p. 287.

(b) *Annalista Saxo* ad a. 1128. col. 652. & *Chronogr. Saxo* ad h. a. p. 287.

(a) Vid. *Gesta Treuerorum*, c. 76. l. c. p. 123. *Annalista* & *Chronogr. Saxones*, l. nota anteced. (z) c., *Otto Frising*, *Chron.* L. VII. c. 17. p. 148. & *Goisfrid. Viterb.* l. c. p. 347. b. conf. *Innoc. II. Epist.* ad *Lothar.* in *Vdalr. Babenh. Cod.* n. 342, l. c. col. 352.

(c) *Annal. Hildesh.* ad a. 1128. p. 740. & *Annalista Saxo*, l. modo c.

(d) Vid. *Chron. Bohem.*, Cap. 60. ad a. 1128., apud *Menneken*. T. III. col. 1698.

(e) Vid. *Otto Frising. de gest. Frid.* 1, L. I. c. 17. col. 633.

Iribus Augusti, s. d. 13. Aug. vsque ad *Calendas Nouembris* (f) oppugnabat. In obsidii auxilium *Lotharius* accersebat generum suum *Henricum*, qui, non obstante bello Bauarico, quo irretitus erat, cum DC. & amplius armatis *Spiram* aduolabat, in quo per Sueuiam transitu *Vlmae* territoria, suburbia & villas eum vastasse, merito conicio (ff). *Spirae* aduentans castraque trans Rhenum metatus, *Fridericum*, qui nocte quadam in ipsius castra irruebat, hac de re praemonitus fugabat, atque ad Gruningam vsque persequebatur (g). Cum autem *Spirenses* urbem suam fortiter defenderent, mediante *Alberto* Moguntino (h), factum est, vt *Lotharius*, acceptis de eorum fidelitate obsidibus (i), & oppugnatione urbis *cal. Nou.* soluta, circa *Martini festum* (k) discederet (l), Natale Domini *Wormatae* (m) celebraturus. *Henricus* in Bauariam redibat, *Fridericus* autem, Sueuorum Dux, clade, dum *Spirae* suppetias tentabat, accepta exasperatus, *Henrici* Bauari Ditiones patrimoniales in Sueuia sitas, *Altorsum* & *Rauenspurgium* armata

- (f) Vid. *Dodechinus*, ad a. 1128, l. c. p. 672. (k) *Annales Hildesh.* ad a. 1128, l. c. p. 740. & *Annalista Saxo* ad h. a. col. 662. Hac ratione hi optime concordant cum *Dodechino*, asserendo scilicet, hunc de soluta obsidione, illos vero de *Lotharii* discessu loqui.
- (ff) Vid. *Monach. Weingart.* c. 11. p. 787., vbi vastationem Sueviae per *Henricum* A. 1129. factam describens subiungit: *Ad Vlmam* vertere noluit, qui eius territoria & suburbia ac villas longe ante dira vastatione destituit.
- (g) Vid. *Monachus Weingart.* c. 11., l. c. p. 786. sq. & *Conradus Vrsperg.*, ad h. p. m. 211.
- (h) Vid. *Auores* nota anteced. (g) citatos.
- (i) *Chronica Regia Colon.* ad a. 1128. col. 928. & *Annual. Boson.* ad h. a. col. 1007.
- (l) De frustranea *Spirae* obsidione praeter citatos conf. *Anshelm Gemblac.* ad a. 1128., l. c. p. 951., *Chronograph. Saxo* ad h. a. p. 287., vbi vero vitiosa lectio pro voce *obsideretur* occurrit vocabulum *possideretur*, & *Alberticus* ad h. a. p. 256.
- (m) *Annalista Saxo* ad a. 1129., col. 662. & *Dodechin.* ad h. a. p. 672. b.

armata manu inuadebat & circumiacentes villas, vt & *Memmingam* incendio deuastabat (n).

§. VIII.

Conradi in Italiam abitus, duplex eius coronatio, eius in Italia gesta & reditus in Germaniam.

Conradum ipsum *Spirae* a *Lothario* fuisse obsessum; tradit equidem ANNALISTA SAXO (o), verum ex mox subiungendis falsitas huius asserti patefiet. *Conradus* nempe, cura rerum suarum in Germania Fratri *Friderico* commendata, in Italiam abire, decreuit, hoc regnum tanquam hereditarium & extinctae *Henricorum* familiae Imperatoriae, cuius ipse heres erat, quasi affixum vindicaturus. CHRONICON CREMONENSE (p) quidem & CONRADVS VRSPERGENSIS (q) hanc protectionem Italicam demum in A. 1129. ponunt; verum PAGIVS (r) & Cl. SAXIVS (s) optime demonstrarunt, *Conradum* iam anno 1128. in Italiam abiisse. Certo nimirum colligi potest ex OTTONE FRISINGENSI (t), *Conradum* eo anno in Italiam esse profectum.

(n) *Monachus Weingart.* c. 11. p. 787. & *Conrad. Vrperg.* p. m. 211.

(o) ad a. 1128, l. c. col. 662: circa Natiuitatem S. *Iohannis Baptistae* expeditio Regis fuit contra *Conradum* inuasorem regni OBSEDI T- QVE EVM SPIRAE.

(p) Apud *Muratorium*, l. c. T. VII. col. 633.

(q) l. c. in *Annis Lotharii*, p. m. 213. *Chunradus* in Italiam fugit. Anno domini millesimo 129. Errat itaque cl. *Saxius*, l. mox c. col. 309. not. (10), tradens, *Conradum Vrpergensem* testem esse,

Conradum a. 1128. in Italiam abiisse.

(r) In *Critica Baron.* ad a. 1128. n. XII. T. IV p. m. 454. b. sq.

(s) In *Notis ad Landulphi Iun. Historiam Mediolan.* ad cap. 37. not. (10), ap. *Murator.*, l. c. T. V. p. 309.

(t) *Chron. L. VII. c. 17 p. 148. sq.* Porro *Conradus* -- Pyrenaeum per iugum septimi montis -- transegit: Vbi a *Mediolanensibus*, qui TVNC *Cumanum* bellum per X. annos -- protraxerunt, capta ac deleta urbe, -- consummarunt, honorifice suscipitur.

fectum, quo bellum Cumanum a Mediolanensibus fuit finitum. Cum itaque Cumarum destructio *mensē Martio A. 1128.* fuerit peracta (u), necessario inde sequitur *Conradi* expeditionem Italicam in hunc annum & quidem *mensē Aprilem* vel *Maium* incidere. *Conradum*, cum paruo exercitu (ū) aduentantem, *Mediolanenses* magna cum pompa tantquam *Regem* suum *naturalem*, id est hereditarium susceperunt. De quo populi affectu *Anselmus de Pusterula*, Mediolanensis Archiepiscopus, certior factus, *Conrado* coronam Regni Italici *Modoëtiæ* (uu) in Ecclesia S. Michaelis *festo S. Petri die*, id est *d. 29. Iunii* (x), solenni pompa imposuit, hancque coronationem postea *Mediolani* in Ecclesia S. Ambrosii repetiit (y). Hac de caussa vero *Conradus* cum sequacibus a S. *Bernhardo*, Parmensi Episcopo, anathematis fulmine ictus (z), *Anselmus Mediolanensis* autem in Concilio Papiensi, praesidente Iohanne Cremenſi Cardinali, excommunicatus & depositus fuit (a). Italiam interea peruagabatur *Conradus*, eam, quantum ad Lombardiae Regnum pertinebat, sibi vindicaturus. In *Thuscan* vsque perueniebat, sed Romam appropinquantem *Honorius II.* a proposito suo deuoluebat (aa); hic namque a partibus *Lotharii* stabat, cui etiam fauebant *Romani*, cum ad suscipiendam expeditionem Italicam tum temporis literis

(u) Vid. antiquissimum Chronicon, cui titulus: *Flos Florum*, excerptum a *Pagio*, l. c. n. XI. p. 454. b.

(uu) Vid. *Otto Frising.*, Chron. L. VII. cap. 17. p. 149.

(x) *Landulphus Iunior* in *Hist. Mediolan.* cap. 39. apud *Murator.*, l. c. T. V. p. 511. a. De caetero ipse (sc. *Anselmus*, Archiepiscopus *Mediol.*) . . . coronam electo *Conrado* IN FESTO S. PETRI posuit.

(y) Vid. *Landulphus*, l. modo c. p. 511. b. De duplici *Conradi* coronatione conf. etiam *Goisfrid. Viterb.* P. XVII. p. 347. b. coll. *versibus* p. 348. a.

(z) Probat hoc *Pagius* ex *Coaeui* aut *supparis Anonymi vita S. Bernardi*, l. c. ad a. 1130. N. XLIX. sq. p. 471. b. c. p. 472. a.

(a) Vid. *Landulphus*, l. c. c. 39. p. 512. a. & *Otto Frising.*, Chron. L. VII. c. 17. p. 149.

(aa) *Landulphus*, c. 39. p. 511. b.

ris(b) exhortantem. Multos insuper sibi resistentes *Conradum* in Italia inuenisse, patet ex Epistola *Litifredi*, Episcopi Nouariensis, ad *Lotharium* data (c). Caeterum quo anno *Conradus* in Germaniam redierit, silent Historici. *LANDVLRHVS* ait (d): *Sed fortis manus Honorii Papae ipsum* (sc. *Conradum*) *resupinavit, atque ad Germaniam, quasi ad sua propria loca redire fecit.* Hisce ex verbis Cl. *SAXIVS* (e) colligit, *Conradum* intra tempus quod a mense Septembri a. 1129. (f), vsque ad obitum *Honorii P. R.*, qui d. 14. Febr. 1130.

(b) In *Vdalrici Babenb. Cod.* n. 351, ap. *Eccardum T. II. col. 358.*

(c) l. modo c., n. 354. col. 261. vbi verba: Ideoque excellentia vestra pro certo cognoscat, quod Nouaria, Pavia, Placentia, Cremona & Brixia, ciuitates Italiae, firmiter fidelitatem vestram custodiunt & aduentum vestrum unanimiter cupiunt.

(d) l. c. c. 39. p. 511. b.

(e) In subiuncta nota (17), pag. 511.

(f) l. c. p. 312. a.

(f) Cl. *Saxius*, loco anteced. nota

(e) cit., asserit, *Conradum* die

4. Sept. 1129. *Lucae* moratum

fuisse, ibique Diploma dedisse,

in quo nonnulla *Monasterio S.*

Pontiani est largitus. Testem

asserti sui allegat *Franc. Mariam*

Florentinum in *Hist. Marbildis, L.*

II. p. 346. Sed grauissimum hac

in re errorem errat *Saxius*.

Quamuis enim *Florentinus* in ci-

tata *Mathildis Vita*, quam Ita-

lice, sub titulo *Memorie di Ma-*

tilda, Lucae 1642. 4. edidit,

L. II. p. 346. hunc *Conradum*

Marchionem Henrici Imp. nepo-

tem vocitet, qua in re pariter labitur, cum tamen a nostro *Conrado* diuersissimum esse, ex solo titulo, quo iste in hoc *Diplomate* vsus est, scilicet *Rauen-*

narum Ducis, Thusciae Praesidis

& Marchionis, patescit. Qua

ratione enim hic titulus quadrat

in nostrum *Conradum*, anteceden-

ti anno in *Regem Italiae* corona-

tum? Hoc dubium equidem le-

uare conatur *Ill. Spangaelius*,

qui itidem *Conradum Marchionem*

cum nostro *Conrado* confundit,

sed praeter rem; Vid. *Eius No-*

tizia della vera Liberta Fiorentina,

Cap. VI. §. 133. & 134. p. 369. sq.

Integra Charta, cuius initium

modo *Florentinus* edidit, extat in

Muratorii Antiquit. Ital. medii

saeculi, T. I. Diss. VI. col. 315., vbi

haec subscriptio obuia est: *Hec*

acta sunt iuxta Lucanam ciuita-

tem in Burgo, qui dicitur S Fri-

ediani - - anno dominicae incarn.

millesimo centesimo vigesimo nono,

pridie nonas Septembris, Indictione

VIII. Daisus Norarius Domini Im-

peratoris, cuius praesentia ista sunt

D

acta

1130. contigit (ff), superfuit, in Germaniam rediisse, alias enim de *Honorio* dici non posse, quod *Conradum* compulerit, illuc redire. Verum alia mihi haeret sententia. *LANDVLPVVS*, testis hac in re optimus, quippe tam coaeuus, quam praesens, annorum seriem gestis a se narratis non adseripit, neque temporum ordinem semper accurate seruauit. Hoc obsecurato superius prolata verba commode hac ratione explicari possunt, *Honorium* sua resistantia, suis anathematibus, atque prohibita *Conrado* Romam appropinquatione effecisse, vt *Conradus* haut totam Italianam sibi subiugare potuerit, adeoque necesse habuerit, infecta re in Germaniam remeare. *Conradum* enim vltimis anni 1129. diebus, vel sub initium Anni 1130. adhuc in Italia fuisse, ex hoc patet: *Meginberus*, Treuirensis Archiepiscopus, *menfe Nouembri*, vt loquuntur *GESTA TREVERORVM* (g), *Roman ire disposuit*, id est, hoc mense itineri Romano se-

acta, ex iussione Domini *Conradi* Ducis *Marchionis* hoc scripsi. Haec subnotatio autem admodum suspectum mihi reddit hoc Dipl. ma, nam 1) in a. 1129. non cadit Indictio VIII., sed potius VII., 2) *Lotharius* hoc anno nondum Imperator erat. Conf. *Sigonius*, de regno Ital., sub init. T. XI. p. 259. edit. Francof. 1593. fol. & *Muratori*, l. paulo ante c. col. 316., qui etiam *Conradi* huius *Marchionis* meminerunt, sed eum neququam, vt *Florentinus Saxius* & *Spanngelius* fecerunt, eum nostro *Conrado* confundunt. Si *Florentinus* fides habenda esset, *Conradum* nostrum A. 1119, *Henricus V.* *Marchionem* *Tusciae* constituisset, hoc anno autem *Conradus* in *Germania* erat, vicariam ibi Re-

gni administrationem gerens, vt supra §. I. probatum dedi. Nec *Florentini* assertum, probat *Ptolomaeus Lucensis*, ad quem tamen prouocat, cum ille eundem in suis *Annal.* ad aa. 1120. & 1126. ab *Henrico V.* sq. dedit. *Lugdun.* 1619. 8, eiusdem *Conradi* *Marchionis* *Tusciae* mentionem faciat, sed non addat, eum *Henrici V.* nepotem fuisse, quod *Florentinus* gratis contendit. *Silenti* denique omnes, quos euoluimus, *Scriptores* antiqui de *Marchia* *Tusciae* *Conrado* ab *Imp.* *Henrico V.* concessa. (ff) Id quod ex coaeuis probat *Pagius*, l. c. ad a. 1130. n. I. T. IV. pp. 461. a. (g) c. 76. in *Leibnitii Aecess. Histor.* T. I. p. 123.

se accinxit, hunc autem *Meginberum* in Italiam postea venientem, cui itineri facile duo aut tres menses impendendi erant, *Conradus* ibi adhuc degens comprehendit, & Parmensibus pro DC. libris tradidit (h). Accedit, quod *Innocentius II. P. R.* in sua epistola (i), qua *Lotharium* ad suscipiendum iter Italicum inuitat, hortetur, ut munitus accedat, quo & pacem statuere & HOSTES Ecclesiae & IMPERII suffragante diuina gratia VALEAT SVBIVGARE. Denique & hoc obseruandum est, OTTONEM FRISINGENSEM (k), Scriptorem aequae coaeuum, ac grauissimum huius rei testem, disertis asserere verbis: *Conradum paulo ante* (sc. Lotharii in Italiam adventum,) pene omnibus suis amissis, periculose ad patriam repedasse. Qualis denique *Conradi* in Italia fortuna fuerit, ex supra allegata *Litifredi* (l), *Novariensis* Episcopi, epistola (ll) disci quodammodo potest. Sibi namque inferos sentiebat *Conradus* Pontifices Romanos, non modo *Honorium II.* & *Innocentium II.*, sed & *Anti-Papam Anacletum II.*, qui & ipse *Conradum* nostrum fulmine

(h) Vide *Gesta Treueror.* l. modo c., *Dodechini* ad a. 1129. l. c. p. 672. b., *Galscheri Gesta Archiepiscop. Trevir.*, l. c. col. 2193. sq. Add. *Broueri Annal. Trevir.*, T. II. L. XIII. c. 94. ad a. 1129. p. 26.

(i) In *Vabr. Babenb. Cod.* n. 342, l. c. col. 333.

(k) *Chron.* l. VII. c. 18. p. 149.

(l) Hic enim ab a. 1124. vsque ad 16. Kal. Iunii 1151., quo obiit, Episcopus *Novariensis* erat, teste *Pybello* in *Ital. Sacrae T. IV.* col. 704. editi. nou.

(ll) l. c. col. 361., in qua haec ver-

ba occurrunt: *Conradus* autem *Mediolanensium* idolum ab eis tam relinquitum, qui arrepta fuga solum *Parmae* habent (leg. habet) refugium, ubi tam pauper tamque paucis stipatus viliter moratur, quod ab uno loco ad alium vix fama eius extenditur. Caeterum *Litifredum* adulationis causa *Conradi* fortunam nimis attenuasse, persuasissimus sum, siquidem nullibi inueni *Mediolanenses* *Conradum* reliquisse, quin potius eos, aduentante etiam in Italiam *Lothario*, partes illius strenue adhuc tutatos esse, infra probatum dabimus.

Vatiniano percellerat (m), vt adeo error sit. PAGII (mm) adstruentis, *Conradum & Anacletum* vsque ad Concilium Pisānum A. 1134. inter se concordēs fuisse, nullo nimirum Scriptore idoneo hoc assertum comprobante.

§. IX.

Gesta anni 1129. in Germania. Repetita Spiraē obsidio & expugnatio. Sueviae vastatio.

Redeamus cum *Conrado* in Germaniam, ibique acta exponamus. *Lotharium* Natale Domini Wormatiac A. 1128. celebrasse, supra (§. VII.) probauimus. In Festo Purificationis Mariae A. 1129. *Coloniae* morabatur (n), inde per *Duisburgum* (o) *Goslariam* ibat, ibique Paschali tempore subsistebat (p), tum XVII. Cal. Iunii f. die 16. *Mari* frequentem Principum Conuentum *Corbeiae* ad *Visurgim* agebat, *Fridericum*, *Coloniensem* Archiepiscopum, hucusque rebellem

(m) Vt patet ex Eius Epistola ad *Lotharium*, in *Baronii Annal. Eccles. T. XII. ad a. 1130. n. XX. col. 201. sq.*, vbi verba: *Conradum regni inuasorem, licet eius nomen nobis pro minimo fuerit, in Coena Domini Laterani in basilica Saluatoris, sub oculis ecclesiae, quae frequens ea die de diuersis partibus mundi conuenerat, in conspectu etiam omnium terrae suae, solemniter excommunicauimus.*

(mm) l. c. ad a. 1130. n. XLVII. p. m. 471. b.

(n) Vid. *Annalista Saxo* ad a. 1129., l. c. col. 662. & *Chron. Reg. Colon.*

ad h. a. col. 928. Errat itaque *Dodechinus*, ad h. a. p. 672. b., asserens, *Lotharium* Purificationis B. M. V. festum *Altenae* egisse.

(o) Coniunctio hoc ex *LOTHARII*, *Rom. R.*, Privilegio de iure lapides effodiendi & frangendi in foresto *Duisburgensi* (non autem *lignandi*, vt inscriptio l. mox c. fert,) ciuitati *Duisburgensi* adducto in *Dithmari Cod. Diplom. n. s. p. 2. sq.* subiunctio *Teschemacheri Annal. Chm.*, vbi haec subscriptio: *Dat. VIII. Idus Mart. a. 1129. ind. di. VII. - Actum Duisburg.*

(p) Vid. *Annalista Saxo*, ad a. 1129. col. 662 & *Chronogr. Saxo*, ad h. a. p. 287.

bellem iterum in gratiam recipiebat (q). In de *Quedlinburgum* delatus, Sacris Pentecostalibus, quae hoc anno in d. 2. Iunii cadebant (r), ibi vacabat (s). Post Pentecosten autem expeditionem mouebat in *Spirenses*, qui fidem superiori anno datam rursus fregerant (t). *Spiram* inde ab idibus Iulii f. d. 15. Iulii (u) fortiter oppugnabat, urbem vero ciues fortius adhuc defendebant, maiorem ad resistentiam excitati per *Friderici* Sueui secundam vxorem, *Agnetem* Sarrapontanam (x), quae in vrbe praesens erat (y). Verum dum oppidani constantiam *Lotharii* nostri animaduertent, quippe quem nec saeva hyems ab obsidione absterere poterat, celebrando scilicet festum Iulii nati cum multis Principibus sub tentoriis, & intolerabilis intra muros hostis, fames nimirum, accederet, in *Natali SS. Innocentium* f. d. 28. Dec. A. 1129. Regi sese tradebant (z),

(q) Vid. *Annal. Saxo*, ad h. a. col. 663. conf. *Chron. Reg. Colon.*, ad h. a. col. 928.

(r) Vid. *Rabei Calendar. cit.*, p. 113. coll. p. 144.

(s) Conf. *Annal. Saxo*, ad a. 1129. col. 662, *Chronogr. Saxo*, ad h. a. p. 287. & *Chronic. Montis Sereni* ad a. e., apud *Mencken*, l. c. T. II. col. 172.

(t) *Annales Hildesh.*, ad a. 1129, l. c. p. 740. & *Annalista Saxo*, ad h. a. col. 663.

(u) Vid. *Dodechinus* ad a. 1129, l. c. p. 672.

(x) Hanc enim, post defunctam a. 1126. priorem coniugem *Iuditham* Guelficam, duxerat *Fridericus*: Vid. ex fontibus *Cel. Kocleri Genealogia Familiae Aug. Staufferis*, Tab. I. n. 12. Caete-

rum ex hac circumstantia, quod *Agnes*, secunda *Friderici* vxor, *Spirae* durante obsidione fuerit, patet, eam iam ante a. 1129, ad minimum hoc anno, fuisse desponsatam.

(y) *Annalista Saxo*, ad a. 1130. col. 662, ubi verba: *Coniux Ducis Friderici, quae civibus ad solatium a Duce infra urbem relicta fuerat* &c.

(z) *Annales Hildesheim*, ad a. 1130. p. 740. & *Annalista Saxo*, ad h. a. col. 663. *Dodechinus* quidem ad a. 1129 p. 672. b. ait, *Spiram* obsesam fuisse ab idibus Iulii usque ad calend. Ianuarias: verum vitio forsan Librarii omissus est numerus V, ante vocem *Calendas* ponendus, & sic concordabit cum *Annal. Hildesh.* & *Annalista Saxone*.

libero abitu *Friderici* vxori permisso (a), & *Spirenſibus* immunitate rebellionis conceſſa (b). Plures dies in pactione ſuper deditionem effluxiſſe, urbemque demum *III. Non. Ian. ſ. d. 3. Ian., feria ſexta h. e. die Veneris* (c) A. 1130. (d) traditam *Lothario* fuiſſe, admodum probabile mihi videtur, qua ratione *Scriptores* in *notis* (z) & (c) allegati & inuicem diſcrepantes optime conciliari poſſunt (e). *Victor Lotharius* urbem ingrediebatur, in illaque *Epiphaniam* Domini celebrabat (f). *Sueuiam* quod attinet, ei anno 1129. dura forſerat ſuſtinenda. *Henricus* enim *Magnanimus* vaſtatione ſuarum ditionum, a *Friderico* *Sueuo* ſuperiori anno facta (ſ. VII.), nimium quantum exaſperatus, & par pari relaturus, *Sueuiam* cum magno exercitu intrabat, eamque, quantum ad *Fridericum* ſpectabat, incendiis crudeliſſime vaſtabat & praedabatur, a villa *Cougingendorf* ſiue *Degendorf*, quae in *Danubii* ripa ſita eſt, incipiens & ultra caſtrum *Stauffenſe*, quod prope oppidum *Goeppingam* ſitum eſt, perueniens (g). Atque in hunc annum

(a) Vid. *Annaſta Saxo*, ad a. 1130. col. 663.

(b) *Ambelm. Gemblac.* ad a. 1130., l. c. p. 951. & *Albericus*, ad h. a. p. 263.

(c) Vid. *Zirkles* nota anteced. (b) citatos.

(d) *Spiram* A. 1130. traditam eſſe, haut notato die, plura coaeva ceſtantur *Chronica*, v. c. *Leodiſe* ad h. a., apud *Labbeum*, h. t. T. I. p. 339., *Regium Colon.* ad h. a., col. 928., *Zwetleſe* ad a. e., apud *Pezius*, h. t. T. I. col. 321. & *Aufriacum*, ap. *Eundem*, T. I. col. 557. Errat autem *Chronographus Saxo*, ad a. 1129. p. 287., aſſerens, *Spiram* iam a. 1129. deditione captam eſſe, ſiquidem is annos numeret a *Natiuitate*

Domini, quo tempore vero *Spira* nondum tradita erat. Errant quoque *Annales Boſouienſes*, ad a. 1129. col. 2008., adſtruentes, *Spiram* per nouem meſes continuos oppugnata, captam eſſe. Nam & hi nouum annum cum feſto *Natiuitatis Dominicae* incipiunt, nec *Spira* obſidionem per IX. meſes paſſa eſt.

(e) Aliam conciliationem aſſert *Habinius*, l. c. P. III. c. IV. ſ. 4. p. 183. not. 7) quae vero nimis coaeta & temeraria mihi videtur.

(f) *Annaſta Saxo*, ad a. 1130. l. c. col. 663.

(g) Vid. *Monach. Weingart.* c. II., l. c. p. 787. & *Conrad. Viſperg.* p. 211. Male ergo *Habinius*, l. c. p. 183. ſq.

annum vulgo refertur *Vlmae* euerfio, quam falso autem infra ad §. XIII. ostendam.

§. X.

Gesta a. 1130. Noriberga capt. 1. Innocentius II. legitimus Papa Wirceburgi agnoscitur. Hermannii de Winzenburg captiuitas. Fridericus Henrici insidias eludit.

Haut diu *Spirae* morabatur *Lotharius*, siquidem iam d. 9. Febr. a. 1130. *Goslariae* degebat (h), vbi etiam Pascha celebrabat (i). Tum *Quedlinburgum* pergebat, ibique in festiuitate Pentecostali subsistebat (k). Inde *Lotharius* in *Bauariam* procedebat, *Ratisbonae* (l) paululum moratus, quo in auxilium eius iterum veniebat *Sobieslaus*, *Bohemiae Dux* (m). In hac expeditione *Noriberga* ad obses-

not. 7) hanc vastationem *Sueviae* demum in a. 1134. ponit.

(h) Patet hoc e *LOTHARII* Diplom. Ecclesiae S. *Mauritii Magdeb.* dato super concambio abbatae *Ableue*, in *Lunigii Spicil. Ecclesiast.* I. *Theils Fortsetzung*, im I. Anhang n. LXXXVI. pag. 32. sq., vbi nimirum Subscriptio: *Astum Goslariae IX. Febr. Anno Incarn. Dom. MCXXX Ind. VIII. &c.*

(i) Vid. *Annalista Saxo*, ad a. 1130. col. 663; Errat itaque *Chronogr. Saxo*, ad h. a. p. 388., tradens, *Lotharium* Pascha *Bambergae* celebrasse.

(k) Vid. *Autores* nota anteced. citatos.

(l) Hoc apparet ex *LOTHARII*, *Rom. R.*, *Confirmatione Donatienis Ortonis de Pindensborf Coenobio Vndensborfensi facta*, quae extat in

Hundii Metropoli Salisb., T. III. p. 303., & hanc Subnotationem habet: *Acta sunt haec an. Dominicae incarnationis MCXXX. Ind. VII. IN CVRIA RATISPO-NAE &c.* vbi vero notamus, vitio aut descriptentis, aut typhotetae, legi *Indictionis annum VII.*, cum potius *Indictio VIII.* in a. 1130. cadat; vid. *Cel. Koeleri Directorium Chronologico-Diplomaticum*; subiunctum *Directorio Freheriano*, p. m. 283.

(m) Vid. *Chron. Bohem.*, Cap. 61. ad a. 1131., ap. *Mencken.*, T. III. col. 1069. Quamuis enim *Chronicon* hanc *Sobieslai* expeditionem anno 1131. adseribat, falli tamen in eo, necessum est, cum *Lotharius* anno 1131. nequaquam *Ratisbonae* fuit, vt ex *gestis h. a. patet*, teficit.

quum tandem fuit reducta (n). Aderat postea *Lotharius* Concilio XVI. Episcoporum *Wurceburgi* mensē Octobri h. a. congregato, in quo, praesente Archiepiscopo *Rauennatenſi*, Sedis Apostolicae Legato (o), *Innocentius II.* ab omnibus ibi congregatis legitimus agnoscebatur *Papa* (oo), *Anacletus* e contra, vt & *Conradus*, *Fridericus*, omnesque eorum asseclae denuo diris deuocabantur (p). Mortuo enim *Honorio II.*, in discordia fuerant electi *Gregorius* Cardinalis & *Petrus Leonis*, quorum ille se *Innocentium*; hic autem *Anacletum* vocabat (pp). Vterque suam electionem legitimam venditabat, atque ad *Lotharium* & *Germaniae* ordines literas dabat, quo eos suas in partes pertraheret (q); verum praeualuit, vt iam dixi, *Innocentius II.* Finito demum Concilio *Conradum*, *Iuuauientem* *Archi-Episcopum* & *Egbertum*, *Monasteriensis* Ep., ad *Innocentium* Legatos missos fuisse, persuasissimus sum, quamuis ordinem praevertat *ALBERICVS* (qq), *Gandersheimii*, vbi *Lotharius* Natale Domini h. a. celebrabat (r), obuium habebat *Gerhardum* Cardinalem sedis Apostolicae Legatum, qui eum ad colloquium cum Pontifice *Innocentio II.* instituendum inuitabat (s). Hoc infimul tempore *Hermannus de Winzenburg*, qui *Burchardum de Lucken-*

(n) *Annalista Saxo*, ad a. 1130. col. 663. & *Dodechin.* ad h. a. p. 673. a.

(o) Vid. *Annal. Saxo*, l. c. col. 664.

(oo) *Anselm.* *Gemblicae*, ad a. 1130. p. 935. *Chronogr. Saxo*, ad h. a. p. 288. & *Annal. Bofor.* ad a. p. col. 1008.

(p) Vid. *Annal. Saxo*, ad h. a. col. 664.

(pp) Haec de re conferri possunt *Baronius*, l. c. T. XII. ad a. 1130. n. 11. XII. col. 194. 199. & *Pagi-us*, l. c. ad h. a. n. III. XVIII. p. m. 438. 197.

(q) Extant eiusmodi Epistolae, v. c. *Innocentii* in *Vltr. Babenb. Cod.*, n. 341. col. 352. & n. 353. col. 360. 19. *Anacleti* vero *ibid.* n. 339. & 340. col. 351. 19. & ap. *Baronium*, l. c. ad a. 1130. n. XIII. XIX. & XXII. col. 199. 199.

(qq) ad a. 1130. p. 265. Cf. *Otto Frising.* *Chron.* L. VII. c. 18. p. 149.

(r) *Annal. Hildes.* ad a. 1131. p. 740. & *Annalista Saxo* ad h. a. col. 664.

(s) *Dodechinus*, ad a. 1131. p. 673. a.

ckenheim, Comitem Fresonum ac *Lotharii* amicum, interemerat, & hac de causa *Regis* indignationem incurrerat, se suumque castrum *Lothario* tradebat. Ipse captivus abducebatur, castrum solo aequabatur, eiusque Comitatus *Ludovico*, Comiti Thuringiae, adiudicabatur (t). Hoc anno nihil in *Suevia* actum videtur, silentibus saltem Scriptoribus, nisi quod quidam (u) memoret, *Fridericum*, Sueviae Ducem, hoc anno proelium commisisse cum *Gebhardo*, Argentinenfensi Episcopo, ad *Gugeshemium*. At ad huius anni initia dubio procul referendae sunt insidiae, quas *Henricus* Magnanimus *Friderico* Sueuo sruuit, dum eum scilicet, amicum simulans, ad colloquium in *Monasterio Zwiefaltensi* inuitabat, atque incaute eo venientem captivum ducere tentabat. Verum has insidias *Fridericus*, consilio e vestigio capto, eludebat (x).

§. XI.

Gesta anni 1131. Concilium & Comitia Leodiensia, in quibus Lotharius cum Vxore a Papa Innocentio II. coronatur. Nova, at irrita in Fridericum suscepta expeditio. Henrici Magnanimi bellum Bauaricum.

Lotharius sub initium anni 1131. Goslariae degebat

- (t) *Annales Hildesh.*, ad a. 1130. & 1131. p. 740, *Annalista Saxo*, ad hb. aa. col. 604. Cf. *Chronic. Sann-Petrinum Erfurt.* ad a. 1131. ap. Mencken., T. III. col. 211, quod testatur, *Hermannum* II. Cal. Ian. i. e. d. 31. Dec. a. 1130., se in potestatem *Lotharii* dedisse.
- (u) Vid. *Incerti Autoris Fragmentum historie.* ad a. 1130., apud *Yrfsium*, l. c. T. II. p. 85.

- (x) Vid. *Otto Frising.* de *gestis Frid.* I., L. I. c. 19. col. 653. 19. *Alio inde tempore praedictus Dux Henricus Alemanniam ingressus, ad propria ibi domicilia se contulit. missis legatis ad Fridericum Ducem Sueonum &c. Iam vero Henricus a. 1130. in Epiphaniae festo Altorfii in Suevia erat, vt patet ex fratribus eius WELPHONIS Donatio-*
ne

E

bat (y), inde tempore Quadragesimali iter faciebat *Leodium*, ubi hoc tempore & *Comitia* (z) & *Synodus* (a) agebantur. Papa namque *Innocentius II.*, Roma profugus, *Dominica tertia Quadragesimae*, quae erat *XI. Kal. Aprilis*, siue *d. 22. Martii*, *Leodium* veniebat (b), multo cum honore a *Lothario* exceptus (c). In conductis *Leodii* Comitibus praesentes erant Principes totius Regni, *Archi-Episcopi*, *Episcopi*, *Duces*, *Marchiones*, *Palatini*, *Comites* & caeteri *Nobiles* (d). Concilium autem consistebat ex *XXXVI. Episcopis* (e). In hoc ecclesiastico pariter ac seculari

ne cellae S. Pantal. in Buchhorn, Coenobio Weingartensi facta, & hoc ipso die Altorfii data, apud Crusium, l. c. P. II. L. IX. c. XIV. p. m. 350., cui Henricus inter testes subscripsit. Caeterum Crusius, l. modo c. Cap. XI. p. m. 340., has insidias praeter rem ad a. 1128. refert.

(y) Vid. EIVS Diploma, quo Reichenbergensi Monasterio benefacit, in Heineccii Antiquit. Goslar, L. II. p. 131. ubi: Datum GOSLARIAE VII. IDVS FEBRUARII Indict. IX. regn. Lothario tertio Rom. Rege, anno regni eius VII.

(z) Annalista Saxo, ad a. 1131. col. 664. & Chron. Regia Colon., ad h. a. col. 928.

(a) Otto Frising., Chron. L. VII. Cap. 18. p. 149. Innocentius - professus apud Leodium Belgiae urbem SYNODVM EPISCOPORVM convocans &c. Cf. Annal. Bojov., ad a. 1131. col. 1009. Errant autem Chronographus Saxo, ad a. 1131. p. 288. & Chron. Montis Sereni ad a. e., l. c. col. 173. sq., asserentes,

Synodum generalem habitam fuisse Leodii. Hoc enim refutatur per Anonymum, testem oculatum, de miraculis S. Godehardi, Ep. Hildesheim., excerptum a Pagio, l. c. ad a. 1131. n. II. p. m. 474. a., qui de Godehardi canonisatione Leodii frustra quaesita scribens, subiungit: Sed cum consuetudo sit Romanae Ecclesiae IN GENERALI CONCILIO Sanctos Dei canonizare, quod tunc temporis in Remensem civitatem in festo S. Lucae indictum fuerat - petitionem Ecclesiae nostrae distulit.

(b) Anselm. Gemblac., ad a. 1131. p. p. 935., Albericus, ad h. a. p. 268. & Pagius, l. modo c. n. II. & III. p. 474. a. ex fontibus.

(c) Vid. Anselm. Gemblac. l. modo c. & Dodechinus, ad h. a. p. 673. a.

(d) Vid. Dodechinus, hoc ipso loco.

(e) Annal. Saxo, ad a. 1131. col. 664. & Chron. Luneburg. ad h. a., apud Eccardum, T. I. col. 1374. Annales Bojov., ad h. a. col. 1009., assentunt,

conuentu *Innocentius* auxilium *Lotharii* implorabat, quo *Anacletum* Anti-Papam Roma pellere posset (f), quod ei etiam *Lotharius* pollicebatur (g). E contra *Lotharius* a Pontifice ablatum *Henrico V.* ius inuestiendi Episcopos per annulum & baculum reposcebat (h), at intercessione *Bernhardi*, *Claraeuallensis* Abbatis, a postulato suo desistebat (i), obtenta caeterum *Terrarum Mathildinarum* pronuissione (k). Ibi porro *Anacletus*, *Conradus*, *Fridericus*, omnesque eorum aecclae denuo excommunicabantur (l) & *Lotharius* cum *Richenza* vxore *Dominica media Quadragesimae* (m), siue d. 29. *Martii*, ab *Innocentio II.* in Ecclesia *S. Lamberti Leodii* coronabatur (n). Finitis Comitibus & Synodo

funt, quinquaginta Episcopos affuisse, *Albericus* autem ad a. e. p. 269, triginta duos Episcopos & quinquaginta tres Abbates praefentes fuisse, ait.

(f) Vid. *Dodechin*, ad h. a. p. 673. a. & *Conrad Vrsperg* p. 212.

(g) *Otto Frising.* Chron. L. VII. c. 18. p. 149. & *Chronogr. Mauriniae.* apud *Pagium*, l. c. n. 11. p. 474. a.

(h) *Otto Frising.* & *Conr. Vrsperg.* ll. paulo ante c., cf. *Albericus*, ad h. a. p. 296. Errat itaque *Petrus Diaconus*, quamuis coaevus, l. c. L. IV. l. 97. p. 522., asserens, *Lotharium* ius inuestiturae ibi a Pontifice recuperasse, mendacis & mendacissimi hominis titulo ideo notatus a *Baronio*, l. c. ad a. 1131. n. VIII. col. 226.

(i) *Conrad. Vrsperg.* p. 212. & *Bernhardi Abbatis Vita*, S. *Bernhardi*,

excerpta a *Baronio*, l. modo c. n. VII. col. 226.

(k) Vid. *Petrus Diaconus*, l. c. L. IV. c. 97. p. 522. Aliter quidem videtur *Baronio* l. c., at nullus dubito, quin *Petro Diacono* assensum meum praebeam.

(l) *Annalista Saxo*, ad a. 1131. col. 664., *Chronogr. Saxo*, ad h. a. p. 288. & *Chronicon Montis Sereni*, ad e. a. col. 173. sq.

(m) Sic enim a Scriptoribus huius aevi vocatur *Dominica Laetare*; v. Cl. *Haltrausii* *Calendarium meae aevi*, p. m. 06.

(n) *Anselm. Gemblac.* ad a. 1131. p. 253. & *Albericus*, ad h. a. p. 268. sq. Minime ergo fidem tribuo *Guil. ac Nangis in Chron.* ad a. 1130, in *D'Achery Spicil. T. III. p. 4* a. edit. nouae, asserenti, *Lotharium*, deducendo *Innocentium* ad templum, Sacerdotis munia obiisse.

nodo, *Lotharius* per Abbatis *Strabulensem* (o) & *Epternacensem* (p) diuertebat *Treuirim*, ibique Sacris Paschalibus vacabat (q). Tum noua Synodus *Moguntiae* celebrabatur, in eoque praesentibus *Lothario* & multis Germaniae Episcopis, praesidente *Matthaeo* Albanensi, Pontificio Legato, *Bruno*, Episcopus *Argentinenfis*, dignitate sua exuebatur (r). Inde *Argentinam* pergebat *Lotharius*, ibique Pentecostali tempore agebat, expeditionem postea mouens in *Fridericum*, in qua plurima *Alsatiae* castella expugnata solo aequabantur, *Fridericus* ipse autem proelium cum *Lothario* inendum summa euitabat sollicitudine (s). In *Saxoniam* itaque reuertebatur *Lotharius*, belloque aggrediebatur *Danos* (t), cuius fata, quippe a nostro scopo aliena, mittimus. Tandem Natiuitatem Dominicam *Lotharius* hoc anno *Coloniae* celebrabat (u). In hunc annum porro colloco finitum ab *Henrico* Magnanimo gestum in Ba-

Va-

(o) Vid. *EIVS* Diploma *Abbatiae Strabulensi* concessum, in *Martene & Durandi Col. eccl. amplif. veter. Scriptor. & Monum. T. II. col. 90*, ex quo haec verba notari merentur: *Lotharius tertius Dei gratia Romanorum Rex* - NOS cum coniuge nostra *Richiza* ob venerationem b. *Remacli* LOCVM STABVLAVS DEVOTE ADIVIMVS &c. Tum col. 92, haec Subscriptio subiuncta est: *DATA STABVLAVS idus Aprilis ANNO ab int. Dni MILLESIMO CENTESIMO TRICESIMO PRIMO in diebus nona*.

(p) Vid. *LOTHARII* Diploma *Abbatiae Epternacensi* datum, in *Miraci Diplom. Belgic. L. II. c. 48. Opp. T. I. p. 278 sq.*, in quo haec leguntur: *Lotharius tertius Dei*

gratia Rom. Rex. CVM VENISSEMVS EPTERNACVM implorandi gratia S. Clementis Wil. librordi parocinia &c. - Datum IX. Kal. Maii anno Inc. Dni MCXXXI. In dieb. IX. - Adum *Treuiris feliciter, amen.*

(q) Vid. *Annalista Saxo*, ad a. 1131. col. 664, *Chronogr. Saxo*, ad h. a. p. 288. & *Chron. Luneburg*, l. c. col. 374.

(r) *Dodechinus*, ad a. 1131. p. 673. a.

(s) Vid. autores nota anteced. (q) citatos praeter *Chron. Lunel.*

(t) Vid. *Annalista Saxo*, ad a. 1131. col. 665.

(u) *Anselm. Gemblac.* ad a. 1131. p. 956., *Annalista Saxo*, ad b. a. col. 665., *Chronica*, *Regia Colon.*, ad a. e. col. 929., *Chronogr. Saxo*, ad h. a. p. 289. & *Albericus ad h. a.* p. 270.

varia bellum, quod superiori anno initium ceperat. Mortuo sub finem a. 1130. (x), *Conrado*, Ratisbonensi Episcopo, *Henricus*, Comes a *Wolfrathshausen*, non consulto *Henrico* Duce, per machinationes *Friderici a Pogen*, Aduocati Ecclesiae Ratisbonensis, Episcopus eligebatur. Hoc Dux *Henricus* indigne ferens, bellum inferebat nouiter electo, a cuius partibus stabant *Fridericus*, Aduocatus Ratisbonensis, *Otto*, Comes a *Wolfrathshausen*, & maxima pars Nobilitatis Bavaricae cum urbe *Ratisbona*, in auxilium denique etiam veniente *Leopoldo*, Marchione Orientali. Varia fortuna multisque depraedationibus ac vastationibus hoc bellum gerebatur, donec mediante *Ottone*, Bauariae Palatino, rebelles arma ponerent, seque gratiae Ducis ac Domini sui committerent, quorum exemplum paulo post secutus *Henricus* Episcopus, Praefectura *Hobenburgica*, prope Oenum sita, pacem ab *Henrico* Duce mercabatur, concedens eam Duci in feudum (y).

§. XII.

Gesta A. 1132. & 1133. Augustae combustio. Lotharii expeditio & coronatio Romana. Reditus in Germaniam.

Lotharius, relicta *Colonia*, sub initium Anni 1132. *Bambergam* se conferebat, ibique in festo Purificationis B. M. V. moratus (z), solennem *Curiam* siue *Comitia*, praesente *Sobieslao*, Bohemorum Duce, agebat (a). Inde iterum ter-

- (x) Errat itaque *Chronogr. Saxo*, ad a. 1132. p. 289, mortem *Conradi* demum in hunc annum referens.
- (y) Vid. *Monach. Weingart*, c. 12. p. 787. & 88. qui hoc bellum prolixè descripsit. Cf. *Hundii Metropolis Salsib.*, T. I. p. 132. n. 22.
- (z) Vid. *Annalista Saxo*, ad a. 1132. col. 603, & *Chronogr. Saxo*, ad h. a. p. 289.
- (a) Vid. *Chron. Bohem.*, c. 61. ad a. 1132, ap. *Mencken.*, T. III. c. 1700.

tertia Quadragesimae hebdomade *Coloniae* degebat, sed nihil maiestate sua dignum ibi agebat (b). Festum Paschale *Aquis* celebrabat (c), nihil de Regni statu disponens, sed omnium querelas differens (d). Tum in *Fuldensi Monasterio* Sacris Quinquagenalibus vacabat, & postea promissi sui Innocentio de ferendis ei supplicis dati memor, itineri Romano sese accingebat. Assumptionem ergo B. M. V., siue d. 15. *Aug. Herbipoli* celebrabat (e), & inde cum modico exercitu (f), cuius causa intestina Regni dissidia erant (g), quippe tantummodo ex MD. armatis consistente (h), statim post festum Assumptionis S. Mariae (i) iter Romanum aggrediebatur cum vxore *Richenza* (k), quo Italiam vindicaret, *Innocentium* in sedem Papalem restituit.

(b) *Anselm. Gemblac.*, ad a. 1132. p. 956. & *Alberic.*, ad b. a. p. 270.

(c) Vid. *Autores nota* (2) cit. Add. *LOTHARII III. Confirmatio iurium & Privileg. Ecclesiae S. Servatii Traiecti. ad Mosam data*, in *Miraci Cod. Donat. piar. cap. 85. Opp. Eius T. I. p. 95.*, ubi haec subscriptio occurrit: *Actum est hoc AQUISGRANI IN PASCALI CVRIA ab Inc. Dni MCXXXII. Indiis, X. regn. Lothario - - III.*

(d) Conf. *Autores not.* (b) alleg.

(e) Vid. *Autores nota* (2) cit.

(f) Vid. *Bernhardi Epist. 139.*, excerpta a *Baronio*, l. c. ad a. 1133. n. l. col. 233. & *Chron. Admont.*, ad a. 1132., ap. *Pezium*, T. II. col. 185.

(g) Vid. *Otto Frising.*, *Chron. L. VII. c. 18.* p. 149. & *Albericus*, ad a. 1132. p. 270.

(h) *Annales Bosou.*, ad a. 1132. col.

1009. & *Chron. Bigaug.*, ad h. a. p. p. 123. a. *Falco Beneuentanus* quidem in *Chronico* ad a. 1133., apud *Murator.*, l. c. T. V. p. 115. a., de *Lotharii aduentu Romae* agens, scribit: *Audiuimus, reuera DVO MILLIA MILITVM secum adduxisse.* Verum facile concordat *Falco* cum *Annal. Bosou.* & *Chron. Bigaug.*, si horum verba de *Lotharii exercitu*, qualis fuit, cum *Germania* exiret, *illius* autem de copiis *Romae* ductis interpretemur. In ipsa enim *Italia Lotharius* agmen suum vsque ad duo millia armatorum augete potuit.

(i) *Annales Hildesheim.*, ad a. 1132. p. 740. & *Dodechinus*, ad h. a. p. 673. b.

(k) *Annales Bosou.*, ad h. a. col. 1009. & *Chron. Reichersperg.* ad a. 1132., in *Ludewig. Script. Bamb.* T. II. col. 244.

ffituere (l), ab eoque coronationem Imperialem impetraret (ll). In hoc itinere Romano *Lotharius* veniebat quoque *Augustam Vindelicorum*, eamque pacifice ingrediebatur; verum cum oppidani, *Conrado* dubio procul iusto fauentiores, tumultum excitarent, Cæsareani arma arripiebant, vim vi repellentibus, multos vulnerantes, occidentes ac captiuos abducentes, denique ciuitas fere tota, cui ignem subiiciebant, in cineres miserrime redigebatur (m). Dein per *vallem Tridentinam* in Italiam pergebat *Lotharius*, ab incolis harum, quas transibat, regionum tam ob amorem in *Conradum*, quam ob exiguum ipsius exercitum despectui habitus (n). Montana transgressus, superioris *Lombardiae* loca sibi resistentia subigebat, exceptis tamen *Mediolano* & *Verona*, quae ciuitates strenue adhuc *Conradi* partibus fauebant (o), *Norbertum* porro, *Magdeburgen-*

(l) *Chron. Reg. Colon.*, ad a. 1133. col. 929. & *Annal. Bosou.*, ad a. 1132. col. 1009.

(ll) *Annal. Hildesh.*, ad a. 1132. p. 740. *Annalissa Saxo.*, ad h. a. col. 665. & *Annal. Bosou.* l. modo c.

Male autem *Lotharii* expeditionem Italicam demum in a. 1133. collocant *Chron. Reg. Colon.*, ad a. 1133. col. 929., *Chronic. Reichen-sparg.*, ad a. 1132., col. 244. & *Robertus de Monte* ad a. 1133., l. c. p. 876. Hanc primam vero expeditionem *Lotharii* cum altera ab eo suscepta confundunt *Chronica Saltsburg.* ad a. 1132., ap. *Pezium* T. I. col. 343. & *Admontense*, ad h. a. col. 185.

(m) Vid. *Annales Hildesh.*, ad a. 1132. p. 740., *Annalissa Saxo.*, ad h. a. col. 665., *Annales Bosou.*, ad a. c. col. 1009. & *Conrad. Ursperg.* p. 213.

Conf. Hermanni, Episcopi Augustani, lamentabilis *Epistola* de excidio *Augustae* ad *Ortonem*, *Bamberg. Episcop.*, in *Udalrici Babenberg. Cod. Epistol.* n. 359., l. c. col. 364-366.

(n) *Otto Frising.*, *Chron. L. VII. c. 18.* p. 149. & *Albericus*, ad a. 1132. p. 270.

(o) *Annal. Bosou.*, ad a. 1132. col. 1009. *Mediolanenses* demum post *Lotharii* in Germaniam reditum, suasu, *Bernhardi Claraeuallensis* plenarie ad obsequium redierunt, vti ex fontibus comprobauit *Pagius*, l. c. ad a. 1134. n. V. & VI. p. 488. b. *Conf. Landulphi lun. Hist. Mediolan.* c. 41. & 42., l. c. p. 312-316., collatis tamen *Saxii* in eundem notis subiectis. Minus accurate haec ob-

ser-

genssem Archiepiscopum, ob absentiam *Brunonis*, Coloniensis Archipraefectus, qui iure Archi-Cancellarii munitis in his partibus fungi debebat, *Archi-Cancellarium* per Italiam constituebat (p), circa festum OO. SS. *Cremae* per menssem subsistens (q), eamque cum *Cremonensibus* obfidens (r). Habito postea cum *Innocentio II.* in *Roucalis* colloquio (rr), qui per Galliam in Italiam transferat (s), *Mo-*
doetiam

seruasse videtur *Hahnus*, l. c. §. V. p. 187. not. l.)
(p) *Annalista Saxo*, ad a. 1132. col. 665., *Chronogr. Saxo*, ad h. a. p. 289. & *Chronic. Magdeb.*, in *Meibomii Scriptor. rer. Germ. T. II.* p. 327. Conf. *LOTHARII* Epistola encyclica de gestis a se Romae, in *D' Achery Spicil. T. III.* p. 483. h. In hac enim *Lotharius* inter ceteros Principes, quos secum Romae habuit, nominat: *NORBERTVM* Magdeburgensem *CANCELLARIVM* suum. In *LOTHARII* Privilegio Mantuanis civibus concessio, in *Murator. Antiquit. Ital. medii aeni*, T. I. Diff. XIII. col. 729. (q), haec subscriptio occurrit: Ego *NORBERTVS* *ARCHI-CANCELLARIVS* recognoui. Datum anno Inc. millesimo centesimo trigesimo tertio Indictione XI. tertio. Kal. Augusti. - actum in Episcopatu Mantuano. in Campo S. Leonardi. Sed hoc ipso adhuc anno Bruno Coloniensis *Archi-Cancellarii* per Italiam munia obibat, ut patet ex *LOTHARII* Privilegio Ecclesiae S. Vincentii Bergom. concessio, in *Vghelli Ital. Sacrae T. IV.* col. 453., ibi enim

haec subnotatio obuia est: *Ego Enehardus* Sub *Cancellarius* *VICE BRUNONIS* *ARCHI-CANCELLARII* recognoui. Datum anno Inc. Dominicae 1133. 4. Kal. Octobr. Indiç. 10. - actum in *Gardisa feliciter Amen.* Errat itaque *Albericus*, ad a. 1132. p. 270., testatus, *Brunonem* expeditioni *Italicae* affuisse.

(q) Vid. *Chron. Cremon.* ad a. 1133. apud *Murator. Scriptor. Italic. T. VII.* col. 632., quamvis hoc falso referat ad a. 1133.

(r) Vid. *Sicardi*, *Cremon. Episc.*, *Chronicon* ad a. 1132., ap. *Murator.*, l. c. T. VII. col. 596.

(rr) Id quod e fontibus probat *Baronius*, ad a. 1132. n. II. col. 231.

(s) Solide hoc probavit *Pagius*, l. c. ad a. 1132. n. I. & II. p. 479. Errant itaque *Chronicon* *Leod.* ad a. 1132., apud *Labbeum*, l. c. T. I. p. 330., *Anselm. Gembl.* ad h. a. p. 950. & *Albericus*, ad a. e. p. 270., qui asserunt, *Innocentium* socium itineris *Lothariani* fuisse. *Graniorem* errat errorem *Conradus Frisberg.*, p. 213. tradens, *Innocentium* per septem annos in partibus *Germaniae* permansisse.

doctiam pergebat *Lotharius*, ibique Natale Domini celebrabat (t). Sequenti anno 1133. *Lotharius* ulterius in Italia procedebat, loca munita sibi resistentia expugnabat (u), Sacris Paschalibus, quae illo anno in d. 26. *Martij* cadebant (x), ad *S. Flavianum* vacans (y). *Thusciam* deinde transiens, *Innocentium* obuium habebat ad *Carcinariam* in territorio Pisano (z), cum quo Romam pergens, urbem II. Kal. *Maii* siue d. 30. *Aprilis* (a) ingrediebatur (b), *Innocentium* in sede Papali (c) & quidem *Laterani* (d) collocans, ipse autem circa *Monasterium S. Pauli* (e) in monte *Auentino* castra metatus (f), per sex hebdomadas Romae mo-

(t) Vid. *Annalista Saxo*, ad a. 1133. col. 665. *Annales Hildesh.*, ad h. a. p. 741. & *Chronogr. Saxo*, ad a. e. p. 289. Hi duo posteriores vero vitio dubio procul *Librarii* pro voce *Modoëcia* legunt *Medicinam*.

(u) *Annal. Hildesh.* l. modo c., *Annalista Saxo*, ad a. 1133. col. 666. & *Chron. Reg. Colon.*, ad h. a. col. 929.

(x) Vid. *Rabeus*, l. c. p. 113. coll. p. 137.

(y) Vid. *Annalista Saxo*, ad a. 1133. col. 666. & *Chronogr. Saxo*, ad h. a. p. 289.

(z) Vid. *Baronius*, ad a. 1133. n. I. col. 233. ex fontibus.

(a) Hunc diem indicant *Annalista Saxo*, ad a. 1133. col. 666. & *Chron. Reg. Colon.*, ad h. a. col. 929. Errant vitio aut *Scriptoris* aut *Librarii* *Annales Hildesh.*, ad h. a. p. 741., hunc vrbis ingressum II. Kal. *Martias* adscribentes. Apud

Chronogr. Saxonem vero, ad a. e. p. 289., vitio aut *Librarii*, aut typhotetae pro II. Kal. *Maii* legitur in Kal. *Maii*. Caeterum *Habnius* pariter, l. c. §. V. p. 185. not. c), *Annales Hildesh.* emendat, sed nescio, quare eorum fidem postponit *Chronographo Saxoni*, qui tamen iis multo recentior *Scriptor* est.

(b) Vid. *Anselm. Gemblac.*, ad a. 1133. p. 956.

(c) Vid. *Chron. Reg. Colon.*, ad a. 1133. col. 929. & *Annal. Bosou.* ad h. a. col. 1009.

(d) Conf. hic ante omnia *Lotharii* *Epistolam encyclicam*, supra not. (p) cit. p. 485. b. Add. *Anselm. Gemblac.*, ad a. 1133. p. 956., *Robbert. de Monte*, ad h. a. p. 876. & *Albericus*, ad a. e. p. 271.

(e) Falco *Benenentanus*, l. c. p. 115. n.

(f) Vid. *Lotharii* *Epist. encycl.*, l. c. p. 485. b.

F

morabatur, ibique Festum Pentecostale celebrabat, in quo ad Ecclesiam S. Sabinae consecratam, coronatus procedebat (g). Tandem ex consilio & voluntate Principum suorum (h), mediante *Norberto* Magdeburgenfi (i), cum vxore *Richenza* (k) II. Non. Iunii siue d. 4. Iunii (l), quae dies Dominica (m), & quidem tertia post aduentum Spiritus S. erat (n), a Papa *Innocentio II.* in Ecclesia S. Iohannis Lateranensi (o), quae & S. Saluatoris (p) Constantiniana (q), aut Basilica Constantiniana (r) dicitur, corona imposta consecrabatur (s), eo quod Anti-Papa *Anacletus* Templum S. Petri

(g) *Annalista Saxo*, ad h. a. col. 666.

& *Chronogr. Saxo*, ad a. e. p. 289.

(h) Vid. *Autores* nota anteced. cit.

(i) Vid. *idem*, add. *Chron. Mont. Sereni*, ad a. 1133. col. 174.

(k) Vid. *Scriptores* nota anteced. allegari & quidem *Chronogr. Saxo* p. 290. Conf. *Incerri* *Autoris Chronicon*, quamuis falso ad a. 1132., in *Canisii Lect. antiq.* T. III. P. II. p. 259. edit. nouae, *Chron. Reichersperg.*, ad h. a. col. 244. & *Albert. Stadensis*, ad a. 1133. p. 156. b.

(l) Vid. *Chron. Reg. Colon.*, ad a. 1133. col. 929., *Chron. Monis Ser.* ad a. e. col. 174. & *Chron. Luneb. Eccardin.*, ad h. a. col. 1374.

(m) *Annales Hildesh.*, ad h. a. p. 741.

(n) *Annalista & Chronogr. Saxones*, l. modo cc.

(o) Vid. praeter *Autores* in *notis* (k) -- (n) citatos *Anselm. Gemblac.*, ad a. 1133. p. 956., *Petrus Diacon.*, L. IV. c. 97. p. 522., *Otto Frising.*, *Chron.* L. VII. c. 18. p. 749., *Goisfrid. Viterb.*, l. c. P. XVII. p. 348. a., *Chronicon Austriac.* ad

a. 1133., ap. *Pezium*, T. I. col.

537., *Annal. Bosou.*, ad h. a. col. 1009.

Dodechinus, ad a. e. p. 673. b. & *Robertus de Monte*, ad h. a. p. 876.

(p) *Goisfrid. Viterb.* l. modo c., ubi verba: *Innocentius* -- *Regem Lotharium in Lateranensi palatio APVD S. SALVATOREM MORAVIT.* Non enim poterat apud S. Petrum MORARI &c. Corrupta lectio hic occurrit, nam pro vocibus: *morauis*, *moravi*, legendum est: *coronauit*, *coronari*.

(q) Sic eam appellat *Otto Frising.*, l. modo c. & *Alberticus* ad a. 1133. p. 271.

(r) Sic eam vocant *Chronograph. Saxo*, l. c. p. 290. & *Chron. Admontense* ad a. 1132., l. c. col. 185. omnes vero hos significatus Ecclesiae Lateranensi convenire, patet ex *Iac. Cobellii Notitia Cardinalatus*, Romae 1653. fol. cap. 58. p. 312. sqq. & *Rofforum Descrip. tione di Roma moderna*, p. 582. sqq.

(s) Nescio itaque, quid sibi volunt *Incer-*

Petri Vaticanum, vbi Imperialis coronatio de iure fieri solebat, armata occupauerat manu, quem pius Imperator armis inde pellere religioni ducebat (t). Caeterum non possum non, quin HAHNII sententiam & meam faciam, qua scilicet asseruit, fidem non mereri, quae communiter de ignominiosa *Lotharii* Romana coronatione traduntur (u), cuius rationes huc transcribere minus necessarium puto, cum HAHNII *Liber citatus* in omnium versetur manibus. Hoc vnicum moneo, quod ab HAHNIO praetermissum fuit, notos illos versiculos:

*Rex venit ante fores. Iurans prius vrbis honores.
Post homo fit Papae. Recipit quo dante coronam.*

minime probare, *Lotharium* factum fuisse hominem Ligium Pontificis ratione dignitatis Imperialis. Quod reliqua *Lotharii* peracta *Romae* negotia attinet, in feudum a Pontifice accipiebat iam *Leodii* promissas *Terras Mathildinas* (x), & hac ratione in modo excerptis versiculis homo *Papae* dicitur. *Anacletum* porro Pontificem, cum eum ad obsequium reducere haut posset, per Principes, quos secum habebat, damnandum curabat (y) *Lotharius Imp.* Tum quod Romanos haut plenarie a dissidiis reuocare poterat, reditum in Germaniam parabat (z). Sub initium ergo

Incertus Autor Chronici, apud *Canisium*, l. supra not. (k) c. & *Chron. Reichersperg.* ad a. 1132., l. c. col. 244., asserentes, *Lotharium* in *Ecclesia S. Bonifacii* fuisse coronatum.

(t) Vid. *Otto Frising.*, *Chron.* l. VII. c. 18. p. 149., *Goisfrid. Viterb.*, l. c. p. 348. a. & *Annales Boion.*, ad a. 1133. col. 1009., qui posteriores plures adhuc rationes asserunt.

(u) Vid. *Hahnii*, l. c. §. V. p. 185. 199. not. 2)

(x) Hac de re extat *Diploma Inuestiturae*, Datum *Laterani VI. Id. Iunii h. a.*, apud *Baronium*, l. c. ad b. a. n. III. col. 234.

(y) vid. *Lotharii Epist.* *Enycl.*, l. c. p. 289. b. & 290. a., ex qua simul patet, quosnam *Proceres Ecclesiasticos & seculares Romae* secum habuit *Lotharius*.

(z) Vid. *Anselm Gemblac.*, ad a. 1133. p. 741. & *Albericus*, ad h. a. p. 271.

mensis Augusti Italiam linquebat (a), cum autem ad *Clusas* perueniret, transitus ibi ei negabatur per quemdam *Adelbertum* Tyrannum (b), qui se cum *decem milibus* (c) ibi locauerat, verum Imperator hostes profligabat, *Adelbertum* in arcem suam, *Lodrin* dictam, profugientem persequabatur, castroque expugnato captiuum secum abducebat (d). *Frisingae* dein Imperator hoc mense Aug. morabatur (e), inde *Herbipolin* pergebat, vbi Natiuitatem B. M. V. celebrans, numerosam & illustrem curiam agebat. Tandem sub finem huius A. 1133. *Coloniā* profectus, natale Domini ibidem celebrabat (f), vbi vero tumultus ciuium oriebatur, quo nondum plane sedato Imperator inde discedebat (g).

§. XIII.

- (a) *Lotharium* adhuc die 30. Iulii b. a. in Italia fuisse, patet ex subscriptione Eius *Privilegii Mantuanis concessi* & supra not. (p) excerpti.
- (b) Diu inuestigauit, quinam hic *Adalbertus Tyrannus* sit, sed hucusque frustra. Apollinem itaque expecto.
- (c) Sic scribunt *Annales Bosou.*, ad a. 1133. col. 1010. & *Chron. Pegau.* ad h. a., ap. Mencken. T. III. col. 133.; verum mendosum hunc locum esse, facile liquet. Qua ratione enim *decem milia* armatorum in tam angusto loco collocari potuerunt? & qua ratione *Lotharius* paucis copiis stipatus eos fugare potuit? Mea itaque ex sententia, loco *milibus* legendum est *militibus*, & pro *decem* substituendam forsitan *centum* ducentis puto.
- (d) Vid. *Annales Hildesh.*, ad a. 1133. p. 741.; *Annalista Saxo*, ad h. a. col. 666.; *Annal. Bosou.*, l. modo c. & *Chron. Luneb. Eccardin.*, ad h. a. col. 1374.
- (e) Patet hoc ex *LOTHARII Dipl.*, quo *ecclesiam Barin* a dominio *Augustensis Ecclesiae liberam* declarat, in *Meichelheckii Histor. Frising.*, T. I. P. II. n. 1274. a p. 531., ibi enim p. 532. haec subscriptio occurrit: *Data anno Inc. dominicae MCXXXIII. X. Kal. Sept. Indit. XI. Actum in Frisingensi Ecclesia.*
- (f) Vid. *Annalista Saxo*, ad a. 1133. col. 666. & ad a. 1134. col. 667. & *Chronogr. Saxo*, ad h. a. p. 290.
- (g) Vid. *Annalista Saxo*, ad a. 1134. col. 667. & *Chron. Reg. Colon.* ad h. a. col. 929.

§. XIII.

Gesta Anni 1134. Tristissima Ulmae euersio. Fridericus Lotharii gratiam quaerit & impetrat.

Dixi sub finem antecedentis §., Lotharium Imp. ex Italia reducem illustria ac numerosa Comitum Herbipoli celebrasse. Digna sunt ANNALISTAE SAXONIS (h) verba, quae huc transferbantur: *Imp. Lotharius transcensis Alpibus natiuitatem S. Mariae Wirceburgh celebravit, habuitque gloriosum occursum ad Curiam suam ex Principibus diuersarum prouinciarum, tam Ecclesiastici ordinis sublimitate, quam & seculari dignitate praesulgentibus.* Patet itaque ex hoc loco, maximam Germaniae partem legitimo suo Imperatori debitam exhibuisse obedientiam, atque partes Conradi & Friderici rebellium deseruisse. Sola supererat Sueuia, in eaque fortissimum oppidum Ulma, fratribus Sueuis adhuc fauens. Haec ergo pariter ad obsequium reducenda erat, id quod demum hoc anno effectui fuit datum. Lotharius Imp. ob tumultum superiori anno Coloniae ortum Aquisgranum secesserat, ibique Epiphaniam Domini hoc anno celebrabat (i), Sacris Paschalibus vero Halberstadii vacabat, quo etiam venerat Magnus, Daniae Rex, iureiurando fidem faciens, se suosque successores non nisi Imperatoris permisso regnum esse adepturos (k). Tum Lotharius Pentecostali tempore Mersburgi (l), in

(h) ad a. 1133. col. 666,

(i) Vid. Chronogr. Saxo, ad a. 1134. p. 290.

(k) Annales Hildesb., ad a. 1134. p. 741, Annal. Saxo, ad h. a. col. 667, Chronogr. Saxo, ad h. a. p. 290., Chronica Halberstad. ad a. e. apud Leibnit., T. II. p. 135. (quod recenset, quinam Principes curiae Imperiali interfuerint, Bigang,

ad h. a. p. 125. a., Luneburg. Eccardin., ad a. e. col. 1374. 19., Montis Sereni, ad a. e. col. 174. & Albertus Stadenfis, ad h. a. p. m. 139. b.

(l) Vid. Annalista & Chronogr. Saxones, ll. modo cc. Errant autem Annal. Bojov., ad h. a. col. 1010, tradentes, Lotharium Pentecosten Halberstadii celebrasse,

fecto SS. Petri & Pauli vero *Magdeburgi* degebat (m). Tandem *Lotharius Imp.*, debilitatis iam successu temporis *Conradi & Friderici* viribus, hoc intestinum malum funditus eradicare, secum constituebat. Celebrata itaque *Herbipoli* festiuitate Assumptionis Deiparae (n), quae in *d. 15. Augusti* cadit, *Sueuiam* ingrediebatur, *Vlman*, in qua fratres *Sueui* praesidia sua collocauerant, ipsique praesentes erant, expugnaturus. Verum *Henricus Magnanimus* iam ante *Sueuiam* intrauerat, urbemque obsidione cinctam atque expugnatam depraedatus erat, igneque subiecto incenderat, Ecclesiis vero parcens. *Conradus & Fridericus* iam ante *Henrici* aduentum inde fugerant, abductis secum captiuis duodecim de praestantioribus ciuibus, quo ipsis dubio procul essent obsides fidei ab *Vlmanis* seruandae. Optimus fideque dignissimus huius casus tragiciei testis est ANNALISTA SAXO (o), AD ANNUM MCXXXIV. ita scribens: *Imperator - - - cum exercitu Sueuiam intrauit. Super Fridericum Ducem & fratrem eius Conradum, qui quoddam oppidum VLMA dictum, contra eum munierant & ciues ad resistendum incitauerant, sed HENRICVS Dux Bavariae Imperatorem praeueniens OPPIDVM EXPVGNAVIT, DEPRAEDAVIT, INCENDIT ABSQVE ECCLESIIS, DVCEBIET ERATRE SVO INDE FUGIENTIBVS & XII. de praestantioribus captiuos abducentibus.* Huic grauissimo & coaeuo Scriptori, aliisque aeque vetustis Scriptoribus nota (o.) citatis, me non monente, quibus historiae solidae ama-

(m) Vid. *Annalista & Chronogr. Saxones*, ut & *Chronicon Montis Sereni*, ll. modo ec.

(n) Vid. *Chronogr. Saxo*, ad h. a. p. 291.

(o) l. c. col. 667. *Henrico* porro *Vlmae* expugnationem adscribit *Chronogr. Saxo*, ad a. 1134. p. 291.

& *Chron. Montis Ser.*, ad h. a. col. 174. sq. Ad Annum 1134. vero solummodo hoc *Vlmae* excidium, ceteris circumstantiis silentio premissis, referunt: *Annales Bosov.* ad h. a. col. 1010. sq., *Chronica Bisingang.* ad h. a. p. 125. a., *Pegariuense*, ad a. e. col. 134. & *Luneburg. Eccardin.*, ad h. a. col. 1375.

amator & aestimator plus fidei tribuet, quam recentiorum hominum assertis, Chronica sua fabellis plusquam anilibus nonnunquam conspurantium. In asserendis rebus historicis Veterum Scriptorum testimonia eruenda sunt, iisque fides adhibenda est, non autem audienda, multo minus amplectenda sunt, quae Ludimagister, tutor, sartor aut istiusmodi turfuris homines, in angulo quodam obscuro latitantes, vna manu calamum, altera baculum, subulam aut forcicem tenentes & multa secula post rei gestae narrationem viuentes, fastis suis urbicis intulerunt. Maximopere falluntur, aliosque egregie fallunt, qui, neglectis fapibus, istiusmodi quisquiliis & leguminibus Lectores suos pascunt. Caeterum negari non potest, vetustam in mea patria esse traditionem, Vlmam a. 1129. per Lotharium Saxonem Imp. esse destructam. Sed quid iuuat in rebus facti traditio, cum adsint idoneorum Scriptorum testimonia in contrarium? Non libuit laboriosam & diutinam primi huius fabulae auctoris inuestigationem institueret, cum posita & probata sententiae meae veritate, vltro diffugiant nubeculae huic historiae patriae meae almae partihucusque obsusae. Hoc autem silentio praeterire nequeo, TRITHEMIVM (p) hoc *Vlmae* excidium iam in a.

1128.

(q) In *Annal. Hirsaug.* ad a. 1128. Opp. Eius T. I. p. 389., vbi scribit: Eodem anno Lotharius Rex magno suorum coadunato exercitu Vlmam Suesiae oppidum obsidione vallauit. Cum introitum peteret, Vlmensis, qui partes Conradi sequebantur, clausis portis Lothario tale dederunt responsum: Non te intromitteremus, o Princeps alienigena, quoniam hoc oppidum non Saxonibus, nec Italis, sed Suenorum Ducibus & Regibus Romanorum

(qualem te non esse constat,) patere consuevit. Quibus motus Rex Lotharius suburbana imprimis ignibus cremans subuertit. Deinde murus oppidi machinis concutens, ad solium deiecit multisque cinium occisis, & captis, aliique fuga elapsis urbem obtinuit, euerit & destruxit, ciuesque in sua verba iurare compulsi. Quot quae soerros & fabellae in hoc *Trithemii* loco excerpto?

1128. reicere, variaque hac occasione narrare, vetustioribus Scriptoribus ignota. FELIX FABRI, sedulus Historiae patriae meae Scriptor, hanc euerfionem anno MCXXXIX. adseribit (q), unde forsitan nonnullis opinio orta, vnum denarium numerum (X.) demendum esse, eo quod a. 1129. *Lotharius Imp.* haut amplius in viuis erat, sicque traditio de *Vlma a. 1129. euerfa* oriri potuit, verum maiori probabilitatis gradu contendere possum, vitio aut Librarii aut typhotetae pro anno MCXXXIV. substitutum fuisse MCXXXIX., cum numeri X. & V. facile inter se commutari possunt. Primus denique inter eos, apud quos, aliud quasi agendo, *Vlmae excidium anno 1129.* adscriptum inveni, est ACHILLES PIRMINIVS GASSARVS (r), quem deinceps CRVSIVS (s) aliique infecuti sunt. Sed his missis exponamus reliqua huius anni 1134. gesta. In hac *Lotharii & Henrici* suscepta in *Sueuiam* expeditione plurima castella expugnabantur soloque acquabantur (t), ipsa *Sueuia* autem dirissime vastabatur (u). Plurimi porro provincialium *Lotharium* supplices adibant, gratiamque eius implorantes, delictorum veniam impetrabant, quo negotio confecto *Imperator Fuldam* diuertebat (x). *Fridericus* itaque Dux dum a plurimis se derelictum, sibi adhaerentes autem valde afflictos cerneret, ipse quoque per decem fere annos in legitimum suum dominum rebellis, gratiam eius quaerebat. *Fuldam* itaque & ipse proficiscatur, & *Richenzam* Impe-

(q) In *Historia Sueuorum L. I.*, in Goldaiti *Scriptor. Sueuic.* p. 92, edit. primae.

(r) In *Annal. Augsburg.*, apud Mencken, l. c. T. I. col. 1416.

(s) l. c. P. II. L. IX. Cap. XI. p. m. 341., quamuis hic ait, *Vlmam* circa a. 1129., adeoque non praecise hoc anno, captam esse.

(t) Vid. *Annal. Bosov.*, ad a. 1134. col. 1211. & *Chron. Luneb.* Eccard., ad a. e. col. 1375.

(u) *Annalista Saxo*, ad b. a. col. 667., *Chronogr. Saxo*, ad a. e. p. 291., *Annales Bosov.* l. modo c., & *Chron. Bigaug.*, ad b. a. p. 125. a.

(x) Vid. *Annalista & Chronographus Saxones*, ll. antecedenti nota cc.

peratricem nudis pedibus, more tunc temporis delictorum veniam petentibus visitato, adiens per eam gratiam *Lotharii* implorabat. Haec cum protinus per praesentem Legatum Pontificium ab anathemate, quo per septem continuos annos ab Ecclesiae communione separatus fuerat, absolvi curabat. Tum obtenta *Lotharii* gratia, iureiurando sese obstrinxit, ad fidelitatem ei in posterum praestandam (y), & ad gratiam *Imperatoris* in solenni Principum conventu denuo expetendam (yy), de quo postero submisionis actu nonnulli Scriptorum, ad sequentem annum excitandi, loquuntur, hac prima reconciliatione silentio pressa, quod eapropter obseruare iuuat, ne Scriptorum testimonia sibi contradicere, praeter rem statuamus. Denique *Lotharius* festum Natiuitatis Dominicae *Aquisgrani* celebrabat (z), ibique pariter in gratiam recipiebat *Colonienses*, qui superiori anno in eum tumultuauerant, inimicitias caeterum contrahens cum *Brunone*, *Coloniensi* Archi-Episcopo (a).

§. XIV.

Gesta anni 1135. Lotharius Fridericum Bambergae, Conradum Mulbusae in gratiam recipit.

Sponsponderat *Fridericus*, vt antecedenti §. obseruauit, se in publicis Regni Comitibus gratiam *Lotharii* esse imploraturum. Hoc itaque praesenti anno fiebat, illustriori

(y) *Annal. Saxo*, ad a. 1134. col. 667. & 668., *Chronogr. Saxo*, ad h. a. p. 291. & *Chron. Montis Sereni*, ad a. e. col. 175.

(yy) Hanc circumstantiam solummodo *Annalista* & *Chronogr. Saxones*, II. praecedenti nota cc., nobis seruarunt.

(z) Vid *Annalista Saxo*, ad a. 1135. col. 668., *Chron. Reg. Colon.*, ad h. a. col. 929. & *Chronograph. Saxo*, ad h. a. p. 291.

(a) Testibus *Annalista Saxone* & *Chron. Regia Colon.*, II. modo cc.

riori adhuc facta etiam *Conradi* submissione, adeoque totius Germaniae post intestina decem annorum dissidia pacatione. *Lotharius* festum Purificationis B. M. V. *Quedlinburgi* celebrabat (b), tum, sicuti promiserat, *Dominica ante mediam Quadragesimam*, siue d. 10. *Martii* (c), cum valida armatorum manu *Bambergam* veniebat (d), ibique Conuentum totius fere Regni Principum agebat (e), quo tandem etiam licet renitens primum accedebat *Fridericus* (f). Interuentu itaque *S. Bernhardi* (g) *Fridericus* ad Caesaris Victoris pedes prouolutus (h), ac delictorum veniam denuo supplex obsecrans, in gratiam *Lotharii* recipiebatur (i), & quidem *Dominica media Quadragesima* (k), fidem dans,

(b) Vid. *Annalista Saxo*, ad a. 1135. col. 608. & *Chronogr. Saxo*, ad h. a. p. 291.

(c) *Annales* equidem *Hildesheim*, ad a. 1135. p. 741. & *Annalista Saxo*, ad h. a. col. 608., scribunt: *Dominica ante mediam Quadragesimam*, scil. XVI. Kal. Apr. &c.; verum ex *Rabei Calendar. Dipl.* p. 113. coll. p. 133. patet, *Dominicam ante mediam Quadragesimam*, non in XVI. Kal. Apr. s. d. 17. *Martii*, sed potius in d. 10. *Mart.* cadere. XVI. Kal. Apr. autem erat *Dominica media Quadragesimae*

(d) Vid. *Annalista Saxo*, l. modo c.

(e) Vid. *Annal. Hildesb.* & *Annalista Saxo*, ll. cc. Conf. *Otto Frising.*, *Chron.* L. VII. c. 19. p. 149., *Monachus Weingart.* c. 12. p. 788. & *Chronogr. Saxo*, ad a. 1135. p. 292. Quam illustris Principum Conuentus *Bambergae* fuerit, patet ex subscriptione Festi in *LOTHARII* *Diplomate* super concam-

bio inter *Monasterium Madilbarresdorff* & *Praesefium Ratisbonae* pro *villa Stainkirchen* & *Leuchbarstorf*, Dato XVI. Kal. Apr. 1135. *Act. Bambergae*, in *Hundii Metrop. Salisb.* T. II. p. 319.

(f) *Annalista* & *Chronogr. Saxones*, ll. modo cc. In posteriori vitiosa lectione pro: *renuisset*, occurrit: *retinuisset*.

(g) Vid. *Otto Frising.* & *Monach. Weingart.*, ll. nota (e) cc.

(h) Vid. *Annalista* & *Chronogr. Saxones*, ll. cc.

(i) Praeter Antores hucusque citatos, hanc *Friderici* reconciliationem, notatis tamen neque loco, neque die, memorant, *Anselm. Gemblac.*, ad a. 1135. p. 957. & *Chron. Reg. Colon.*, ad h. a. col. 929. Locum indicat *Chron. Zwerlense* ad h. a., ap. *Pezium*, T. I. col. 522.

(k) Hanc reconciliationis diem merito statuo cum *Annal. Bojov.*,

ad

dans, se cum Imperatore in Italiam profecturum, atque pacem per omnem Sueviam observaturum esse (l). Ibi simul Bruno, Coloniensis Archi-Episcopus, gratiam Imperatoris rursus obtinebat (ll). Sunt equidem sat graves Scriptores (m), qui asserunt, Conradum simul cum Friderico Fratre Bambergae in gratiam Caesaris fuisse receptos, verum quo minus fidem eis tribuam, vetat Lotharii ad Innocentium Epistola (n), quamvis non plane negauerim, Conrado quoque iam Bambergae pactam fortassis fuisse rebellionis immunitatem. Finitis his Comitibus, Lotharius pergebat Quedlinburgum, ibique Paschali tempore degebat

ad h. a. col. 1011., ubi verba: Fridericus Dux Suevorum gratiam Imp. Lotharii Babenberg acquisivit ad curiam MEDIA QUADRAGESIMA habitam. Concordat fere Otto Frising., Chron. L. VII. c. 19. p. 149., scribens Imperator - - generalem curiam Babenberg CIRCA MEDIAM QUADRAGESIMAM celebrans &c. Hos itaque de reconciliationis, Annales Hildesheim, vero & Annalista Saxone, l. cci., de adventus Caesarei die loqui, mihi persuadeo. Caeterum in notando hoc celebri reconciliationis die admodum seduli fuerunt vestigi nostri Chronographi, quamvis admodum in eo determinando discrepent & a vero aberrant. Sic notant v. c. XV. Kal. Apr. f. d. 18. Mart., Chron. Austriac. ad h. a., apud Pezium, T. I. col. 557; X. Kal. Apr. f. d. 23. Martii, Chronicon Australe ad h. a., in Freheri Scriptor. Germ. T. I. p. 444., istas Kal. Apr. Chron.

Claustro Neoburg, ad h. a., ap. Pezium, T. I. col. 444. Errant vero Chron. Admont. ad a. 1134., ap. Eundem T. II. col. 185. & Chron. Luneb. Eccardini., ad h. a. col. 1375., hanc reconciliationem in A. 1135. collocantes. Pagius pariter, l. c. ad a. 1135. n. XII. p. 449. a. male asserit, Conradum iam a 1133. Lothario fuisse reconciliatum.

(l) Vid. Annalista Saxo, ad a. 1135. col. 608. & Chronogr. Saxo, ad h. a. p. 292.

(ll) Vid. Annalista Saxo, l. modo c.

(m) v. c. Otto Frising., L. VII. c. 19. p. 149. Monach. Weingart. c. 12. p. 788. & Conrad. Vrsperg. p. 211. sq.

(n) Extat haec in Annal. Saxone ad a. 1135. col. 609., equa haec verba huc faciunt: Siquidem rami materiali, quam spiritali utroque convictus gladio, Fridericus in Babenberg. Conradus in curia proxime celebrata ad gratiam nostram venit &c.

bat (o). Inde *Magdeburgum* delatus Sacris Quinquagenalibus ibi vacabat, ac Principes primum, tum & reliquam multitudinem eo adigebat, vt pacem per X. continuos annos obseruandam iurarent (p). Venerant illuc quoque *Boleslaus*, Bohemorum Dux, vt & Legati *Polonorum*, *Hungarorum*, *Danorum* & *Slauorum* (q), luculentio, me iudice, indicio, quanta apud exteris Nationes autoritate *Lotharius* noster fuerit. *Primo mensis Augusti die*, siue in festo ad S. Petri Vincula, *Naumburgi* morabatur *Lotharius* (r), die vero S. Laurentio sacro, s. d. 10. Aug. (s), & in festo Assumptionis S. Mariae, siue d. 15. eiusdem mensis, domicilium suum *Merseburgi* instituebat, quo & praeter *Bohemiae* & *Poloniae* Duces *Graecorum* quoque *Imperatoris* & *Venetorum* Legati venerant, auxilium eius contra quendam *Rokkerum* Tyrannum imploraturi, ibi etiam *Boleslaus*, *Poloniae* Dux, in ipso die festo Assumptionis B. M. V. fide Vallitica sese adstringebat, & Caesari in Ecclesiam se conferenti gladium praeportabat (t). Tandem post festum S. Michaelae

(o) Vid. *Annalista & Chronogr. Saxonum*, ll. nota (l) cc.

(p) Vid. hi ipsi modo citati *Scriptores*. Add *Annal. Hildesh.*, ad h. a. p. 741. *Chron. Reg. Colon.*, ad a. e. col. 929. & *Chr. Mont. Sereni*, ad h. a. col. 175. Male autem *Annales Bosov.*, ad h. a. col. 1011. hanc constitutam pacem publicam ad *Comitia Bambergensia* referunt.

(q) Testibus *Annalista & Chronogr. Saxonibus*, item *Chron. Montis Ser.*, ll. modo cc., qui vero *Boleslaum* male *Viricum* appellant.

(r) *Annalista Saxo*, l. c., cuius verba: *Imperator commemorationem S. Petri ad vincula NIENBURH celebravit*. *Chronogr. Saxo* au-

tem, l. c. p. 292., hunc locum *Numburgh* appellat. Sed *Numburgum* intelligi, facile patet. Conf. *LOTHARII Dipl. fundationis & Dotationis Ecclesiae in Luthere*, in *Rehmeri Braunschweig Lüneburgischer Chronica*, P. II, c. 18. p. 297. vbi pag. 298. haec Subscriptio occurrit: *Dat. KAL AV. GPSTI, Indictione XIII. MCXXXV. IN NEVENBERG.*

(s) Vid. *Annalista Saxo*, ad h. a. col. 608. & *Chronogr. Saxo*, ad a. e. p. 292.

(t) Vid. praeter *Autores anteced. nota citatos*, *Annal. Bosov.*, ad a. 1135. col. 1011., *Chronica Bigaugiensis*, ad h. a. p. 123. a., & *Montis Sereni*, ad a. e. col. 175.

chaelis (u) in villam regiam (uu) Mulbusam sese conferebat Imperator, vbi intercessione Coniugis Richenzæ Conradum quoque pedibus suis prouolutum (x) in gratiam recipiebat (xx), quem postea ab excommunicatione absoluebat Conradus, Magdeburgensis Archi-Episcopus (y), plenaria tamen absolute Pontifici reseruata (z), & dubio procul dein obtenta. Conradum autem ipsum secundum in Regno & summum Imperii Signiferum constituebat Lotharius, vt canit GOTFRIDVS VITERBIENSIS (a):

Regnat

(u) Fidem hac in re tribuo Anna-
listæ Saxoni, ad h. a. col. 609. &
Chronogr. Sax., ad a. e. p. 293,
qui asserunt, Lotharium venisse
Mulbusam demum POST FE-
STVM S. MICHAELIS.
Nam Annales Hildesh., ad h. a. p.
741., IN FESTO, Annal. Bo-
sou., vero ad a. e. col. 1011., &
Chron. Bigaug. ad h. a. p. 125. a.,
CIRCA FESTVM S. MI-
CHAELIS Conradum reconcili-
atum fuisse Lothario, tradunt.

(uu) Sic eam appellant Annal. Bo-
sou., l. modo c. & Chronic. Pegau.,
ad h. a. col. 134.

(x) Has circumstantias nobis ser-
uarunt, Annalista Saxo, ad h. a. col.
609., Chron. Saxo, ad a. e. p. 293 &
Chron. MontisSereni, ad h. a. col. 741.

(xx) Vid. præter Autores nota
anted. allegatos, Annales Hil-
desch., ad a. 1135. p. 741., Bosonien-
ses, ad h. col. 1011. & Chron. Bi-
gaug., ad a. e. p. 125. a.

(y) Testantibus hoc Scriptoribus
nota (x) citatis.

(z) Patet hoc ex paulo superius,
nota (n), allegata, Epistola Lo-

tharii, ex qua sequentia verba
huc pertinent: *Fridericus . . (&
Conradus . . ad Ecclesie serui-
tium nobis obligati, quos tamen
non minus tibi obligatos sub hac
cautela & conditione recepinus, VT
PLENITVDINEM ABSOLVTIO-
NIS SVÆ NONNISI APVD
TVAM PATERNITATEM OB-
TINEANT.*

(a) Chronici sui P. XVII., l. c. p.
548. b. Conf. Landolphus Junior
in Hist. Mediol. c. 42., l. c. p. 515.,
cuius verba: *Interea Princeps
CONRADVS altiori consilio potius
IMPERATORIS LOTHARII VE-
XILLIFER est factus. Præter
rem Cl. Saxius in subiuncta no-
ta (z) p. 515. a., duplicem recon-
ciliationem Conradi cum Lothario
statuit, vnam a. 1134., alteram
vero a. 1135. factam. Prouocans,
quod priorem attinet, ad auto-
ritatem Trithemii, qui in Annal.
Hirsaug. ad a. 1134. hæc narrare
a Saxio dicitur. Verum & hac
in re labitur Sæuius, cum Trithemius
potius ad a. 1129 Annal.
Hirsaug., l. c. p. 390., quamuis fal-
sissime*

*Regnat Lotharius Conradus amicus habetur,
SVMMS & IMPERII SIGNIFER ipse fuit.*

*Interea iuuenis (sc. Conradus) regni vexilla tenebat
Fuit PRIOR IN DVCIBVS SEMPER PRIMVSQVE SE-
DEBAT,*

Hoc sibi Nobilitas dignaque forma dabat.

§. XV.

Breuis dictorum recapitulatio & iudicium de his dissidiis.

Et sic tandem post intestina decem fere annorum, quae Germaniam nostram, imprimis Sueviam, Franconiam, Bavariam & Terras Rhenanas, miserrime lacerauerant, dissidia firma & exoptata pax fuit reducta, sceptrum ponente *Conrado*, quae iniuste usurpauerat, e contra *Lothario* eum Imperii summum Signiferum Ducumque primum constituinte. Operae quidem pretium foret, de hac obtenta a *Conrado* dignitate paululum disquirere, verum cum iam praescriptis mihi fines sim transgressus, hanc disquisitionem alii tempore reseruo, eius pertractandae commodam nactus occasionem in Schediasmate meo, quod de *Suevis primipilaribus* ad celebratum illum *LAMBERTI SCHAFFNABURGENSIS* locum molior. Breuitatis studio pariter praetermissi, ea notare & confutare, quae recentiores nonnulli Scriptores vel falsa, vel fabulosa de rebus a *Lothario* &

issime, post captam *Spiram* *Conradi* reconciliationem referat, scribens: *Dux Conradus in eadem urbe (sc. Spirensi, tanquam iustissimo praesidio inuentus, & ad Regem Lotharium perductus, veniam commissorum in eum humili-*

ter petiit & impetravit. Nihil dein amplius *Trithemius* de noua *Conradi* rebellione aut reconciliatione affert. Adhaec *Trithemii*, Scriptoris quippe longe recentioris, autoritas non tanta est, ut omnibus dictis suis fidem conciliare possit.

& *Conrado* hoc decennio gestis memoriae mandarunt, quippe vetustis Scriptoribus ignota, quos tamen in describendis his *Germaniae* calamitatibus vnice sequendos esse, regulae boni Historici a me postularunt. Nihil ergo attuli meumque feci, nisi quod coaeui, saltim supparis Historici auctoritati inniti poteram, eamque curam gessi, ne circumstantias ab vno tantummodo Scriptore narratas alteri tribuerim. Natae hinc tot allegationes, ex ipsa veterum Historicorum sedula lectione erutae, non vanae ostentationis, sed maioris accuratationis ergo appositae, quas Benevolus Lector aequi bonique consular. De caetero si adhuc licet, meum de hisce discordiis iudicium, ab omni partium studio longe remotissimum subiungere, hoc esto. *Germania* equidem nostra, saltim inde a *Comitiis Forchemensibus*, in quibus a. 1077. *Rudolphus*, Sueviae Dux, Anti-Caesar eligebatur, formam regni electitii induerat; verum negari non potest, Principes nostros, vacante solio Imperiali, respexisse cum primis ad defuncti Sobolem, aut hac deficiente, ad illius proximos vel Agnatos, vel Cognatos. Hinc magnam utique iuris speciem ad ambiendum regnum habebat *Fridericus*, quippe proximus *Henrici V. Imp.* Cognatus & heres. Excusare porro neutiquam potest, quod *Lotharius* odio *Alberti* Moguntini, quod hic in fratres Sueuos conceperat, tantum apud se dederit, vt & ipse horum fratrum potentiam attenuare, eorumque iura bono iustoque titulo possessa infringere, omni studio allaborauerit, cum iam illo tempore praeceminentiae Procerum nostrorum altas egerant radices. Nec vnquam patronum agam illarum artium, quibus *Henricus* Magnanimus, vir caeterum per omnia laudabilis, tam animi quam generis nobilitate insignis, vt *OTTO FRISINGENSIS* de gestis *Frider. I.*, L. I. c. 10. col. 654, scribit, *Fridericum* circumvenire studuerat. E contra *Friderici* & *Conradi* ausus nequaquam ab apertae rebellionis labe liberari poterunt. Agno-

H


ve-

DE DISSID. EX ELECT. LOTH. SAX. IMP. ORTIS.

verant enim omnes *Germaniae* Principes *Lotharium* nostrum legitimum suum Regem ac Dominum, *Fridericus* insuper paulo post electionem fidem suam ei palam adstrinxerat, ideoque si ipsi legitima^e contra iniustam *Lotharii* vim ac oppressionem querelae suppetiissent, Principes Regni adire, de minus legitima iurium suorum infractione queri, remque Procerum iudicio subicere, non autem statim ad arma prouolare, multo minus regios honores usurpare debuissent & *Fridericus* & *Conradus*. Haut enim Principibus nostri Imperii licet, iura sua gladio vindicare aut dirimere, cum se Superiorem habeant & prima Societatis principia iubeant, ne ciues bella inuicem gerant, sed litium suarum decisionem constituto supra se Capiti permittant. Quae cum ita sint, Diuus *Lotharius* non potuit non, quin hos rebelles & immorigeros Regni sui Principes armis & spiritualibus & temporalibus ad obsequium reducere, necessum habuerit. Qua in re iustam ipsius causam adiuuit euidentissimum Numinis auxilium, cum scilicet iusta Dei nemesis tot & tantis cladibus *Fridericum* & *Conradum* affecerit, hos superbos deiecerit, his contumacibus contraxerit, vt tandem supplices *Lotharii Victoris* gratiam implorare, fuerint coacti.

T A N T V M





Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

ANNO DOMINI MCCC LXXV
MARTINUS LUTHERUS

A. D. M. CCC. LXXV. MARTINUS LUTHERUS
IN V. S. C. H. L. I. G. B. M. P. D. S. C. A. S. S. I. A.
W. E. N. T. I. A. M. I. T. T. I. C. A. M. P. O. S. T. U. M.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



59 742

AB 59 742

ULB Halle

3


002 411 903




SL

Vb 17
vD 18
R







Farbkarte #13

B.I.G.

ASMA HISTORICVM
DE
EX ELECTIONE
RII SAXONIS IMP.
IAM TVRBANTIBVS
INDE A. C. MCXXXIII.
V L M A E
CVM MAGNANIMVM
ARIAE DVCEM
EVERSIONE
RIPTORVM ET CHARTARVM
FORITATE INNIXVM
A V T O R E
DOMINICO HAEBERLIN
VLMANO
PLISSIMAE FACVLTATIS
ICAE IN REGIA GEORGIA
GVSTA ASSESSORE.
O T T I N G A E
LVD. SCHVLZIVM ACAD. TYPOGR.
C. clolcccxxxv.

